

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Nicodemi Frischlini Balingensis ... & M. Georgii Pfluegeri  
Ulmani, Virorum Clarissimorum, Methodus Legendi  
Historias Expedita, Nova, omnibus in Historia versantibus  
opido quam necessaria**

**Frischlin, Nicodemus  
Pflüger, Georg  
Keckermann, Bartholomäus**

**Lipsiae, 1630**

Methodus legendi historias expedita nova

[urn:nbn:de:bsz:31-107405](#)



METHODUS  
LEGENDI Historias  
Expedita, Nova.

**H**Istoriarum & Anti-  
quitatis studium, hu-  
manissime Lector, ut o-  
mnium maximè est ne-  
cessarium; ita cunctorum san-  
rum judicio longè utilissimum &  
jucundissimum, adeò ut miraculi  
instar sit habendum non solum  
superioribus seculis, verùm etiam  
nostra ètate quosdam àuctoribus re-  
periri, qui majore dicam temeri-  
tate an inscitia, non solum ipsi Hi-  
storias non legunt; verùm etiam  
alios nugacissimis & vanissimis  
ratiunculis ab earundem lectione.

A 7. deser-

## 2      M E T H O D U S

detergere conantur. Evidem ferendum illud ut cum fuisset in superioris etatis hominibus, ubi omnia scholasticis ienebris miserè involuta erant. At verò nostro hoc tempore inveniri homines ab humanitate tam alienos, id vel unum est, quod corruptissimos hujus mundi mores satis superq; demonstrat. Quid enim per Deum immortalem inhumanius? quam id, cuius fructus cum insigni & mirabili jucunditate conjunctos in omni vita genere deprehendimus, in hominum odium atq; contemtionem adducere. Quid turpius? quam cuius utilitas etiam barbaros in sui amorem pertraxit, fastidiosè despucere & pro nihilo putare. Quid impudentius? quam Imperatorum etiam diligentia nobilitatum studium procaci ore calumniari. Vides, & quissime Lector,

## LEGENDI HISTOR. 3

stor, quam latus hic sese ad dicen-  
dum aperiat campus, quam am-  
pla ad dignitatem studii Histori-  
ci afferendam area. Verum non  
tam propositum est nobis in lau- Propositū  
des Historici studii excurrere,  
quod ab aliis & factum eruditè  
& factum est copiosè, quam bre- " "  
viter indicare, qua ratione in le- " "  
ctione Historiarum versandum,  
& versandum cum fructu & uti-  
litate sit. Videas enim multos  
aquo labore, sed non aqua utilita-  
te ut in reliquis disciplinis omni-  
bus; ita cum primis in Historia  
desudare. At qua causa? An in- Causa sus-  
geniorum diversitas? Evidem- ceptæ scri-  
non diffitemur, quin multum ad ptionis,  
perceptionem liberalium artium  
faciat ingenii bonitas. Verum nec  
omne punctum ei deferimus: nec  
solum ingenium diversitatis istius  
cansam esse posse affirmamus. Alii  
sunt

## METHODUS

sunt scopuli, ad quos discentium  
labores & conatus impingunt, qui  
nisi caute evitentur, vel excellen-  
tissima queq; ingenia naufragium

Heterodi-  
daet;cæ  
scopuli  
duo.

pati & intercipi necesse est: Sco-  
puli autem illi sunt, ut est apud  
Æneam Gazum in principio  
Theophrasti: Falsus amor li-  
terarum, & confusa docendi  
discendiq; methodus, ut ergo  
nostro hoc seculo nimis commu-  
nis. Inveniuntur enim hodie juve-  
nes, qui non casto & legitimo, sed  
meretricio amore illecti, primo  
imperu quasi cum furore quodam  
in literarū mysteria irrumpunt;  
sed vix superato limine, turpiter  
resiliunt, sive naturali quadam  
levitate retracti, sive difficultate  
bonarum artium deterriti. Sed &  
qui constantiores videri volunt,  
& in atrium etiam progrediun-  
tur, interioraque domus sollicitè  
per-

I.

2.

LEGENDI HISTOR. §

perscrutantur; que, quæsò, vestigia legunt, aut quo ordine id faciunt? Dicam, quod sentio, multi nullo plèrique, confuso. Unde etiam aut nunquam, aut certè rarissimè ad solidam eruditionem pervenunt, & oleam operamque perdunt. Quod ipsum ne Historiarum etiam studiosis contingat, aliorum malo prudenter reddit*i*, discant vel tandem ualidè tñz. & cum iudicio in lectione Antiquitatum versari, & se asservaciant ad certam compendiosamque methodum, cuius adminiculo Historiae fructus & fines assequi possint. Quoniam Autoris autem extant commentaria & præmuni-  
præceptiones in studio Historico obseruanda longè utilissime & eruditissime multorum doctorum virorum; idecò ne nos actum-  
agere, post Homerum Iliada scri-  
bere; vel manent in repetendis  
jam

Autoris  
autem extant commentaria & præmuni-  
præceptiones in studio Historico obseruanda longè utilissime & eruditissime multorum doctorum virorum; idecò ne nos actum-  
agere, post Homerum Iliada scri-  
bere; vel manent in repetendis  
jam

## 6      M E T H O D U S

jam ante dictis & inculcatis labo-  
rem suscipere videri queamus:  
aut illa alia suspicio de nostra  
opella oboriatur, in vestibulo hu-  
jus nostrae commentarijuncule san-  
cte protestamur, nos adeo non-  
aspernari doctissimos illorum la-  
bores & consilia, ut potius Duces  
eos constituerimus, quos in hac  
nostra scriptio sequamur, cuius  
rei manifesta vestigia diligens le-  
ctor facile deprehendet. Sed neq;  
propterea quidquam in hoc scri-  
bendi genere tentamus, ut libellos  
aliorum ejusdem argumenti &  
manibus juventutis excutiamus,  
sed potius ut viam junioribus in-  
dicemus ad terrena majori cum  
utilitate illorum semitam. Cum  
enim plerique ( quos quidem nos  
vidimus ) non ita scripti sint, ut a  
quovis propter prolixitatem legi,  
vel diversitatem & gravitatem  
rerum

## LEGENDI HISTOR. 7

rerum intelligi, vel deniq; imperi-  
 toribus propter brevitatem sa-  
 tisfacere possint: certè nemo nobis  
 vitio vertet, quod necessaria tan-  
 tum, & quæ maxime ad intelli-  
 gentiam Historiarum facere pos-  
 se videbantur ex probatissimis  
 quibusq; authoribus (Bodino pu-  
 ta, Chytrao, J. Thoma Freigio,  
 Reinerio, Reineccio, Johanne  
 Bernhartio, Joanne Jacobo Ben-  
 rero, & quem primum nominasse  
 debetam J. Lipsio, cuius de Histo-  
 ricis Politico legendis inter Notas  
 politicas judicium extat verè po-  
 liticum & eruditum, Eridericu  
 Tilemanno, & aliis si qui sunt) ex-  
 cerpsimus, & in istam Epitomen  
 ovuloum congesimus.

Quamvis verò mediocris inge-  
 nii est, rivulos nostros consecutari,  
 non ipsos adire fontes; tamen sua  
 quadam etiam utilitate, iterum

atq;

atq; iterum del b. ti Tyrones  
Historiarum (neq; enim aliis ob-  
trudimus) perfundent. Quia in re-  
ne nos ipsos laudare videamur,  
candidis & aquis rerum estimata-  
toribus de labore nostro judicium  
committimus.

Partitio      Ut autem nostra isthac differ-  
Commen- tatiuncula suis quasi limiibus  
tarioli. circumclusa extra cancellos non  
profiliat, vellatius excurrat, duab-  
bus illam partibus definiemus.  
Quarum prima erit: Quinam  
Historici legendi: altera vero:  
Quomodo legendi.

I. Pars:      Priorem partem quod attinet,  
Quinam legendi. non existimandum est ex quolibet  
scriptorculo, Historici titulum si-  
bit temere & impudenter arrogan-  
ti, Historiarum cognitionem soli-  
dam & fructuosam hauriri posse.  
Errant, qui ita iudicant; misere-  
decipiuntur, qui non habito dele-  
ctu ma-

D. U. S.  
ti Tyrone  
enim aliud  
en. Quam  
re videtur  
erum epuma  
stro judicium  
isibet dolo  
si limitibus  
mcellos non  
carat, du  
definientur.  
Quinam  
heraperior  
od attinet,  
ex quolibet  
inulum si  
ter arrogan  
titionem sibi  
hauriri pos  
ditant; nichil  
in habito deli  
cata  
BLB

## LEGENDI HISTOR. 3

etum maturo & accurato, quosvis  
authores arripiunt. Hodie n. ferè  
quò quisquis est indoctior, eò ad  
scriptitadum impudentior. Certe  
in Historicis hoc scribendi Cacoë-  
thes altissimas radices egit. Quo-  
tus quisq; hodie, qui non Histori-  
cus audire? Quotus quisq; qui non  
Antiquitatum indagator, quid  
indagator? imò doctor, salutari  
velit? At quotus quisq; qui verè?  
quotusquisque qui dignitatem  
nominis tam amabilis, tam hono-  
rifici cum Laude solida sustineat &  
adfectet: si dicendum est, quod est  
res ipsa: Pauci. Pleriq; enim ni-  
bil minus sunt quam Historicci, &  
si quoquam, certè hoc titulo indi-  
gnissimi. In fronte librorum lar-  
gas videoas & magnificas promis-  
siones; in recessu tandem nil nisi  
fumos & nugas, ita ut nisi fronti-  
spiciens libri titulo Historico com-  
muni-

Multi enia  
matores.

10      METHODUS

munivissent Historias ab eis tra-  
ctari ab omnibus ignoraretur,  
adecò à viris xxi in studia Histo-  
rica involant Harpyie nonnullae.  
Pauci Historica principia con-  
siderant: multi judicio sat exacto  
destituti, quilibet sub specie Hi-  
storiarum incantis lectoribus ob-

Incerta, trudunt; ex incertissimis cuiusq;  
rum usculis libros consarcinant,  
minutissima queq;, comedationes

scilicet & hinc exortajurgia, &  
caedes rusticorū, venationes Prin-  
cipum studiosè annotant; quin et-  
iam eo insania nonnulli deveni-  
unt, ut domestica & privata et-  
iam illaq; planè anilia & ridicula  
cum publicis confundant. Quod  
ipsum tamen utcunq; tolerari pos-  
set, si, quo affectu & superstitione  
minutula & privata in chartas  
conjiciant, eodem etiam studio &  
diligentia publica ac magnifica,

xḡvpiq;

DUS  
u abeum  
ignorarum,  
studia His-  
te nonnulla  
incipia con-  
suefacta  
o fac euclo  
ib specia-  
ffloribus  
mis cupido,  
sarcinant,  
mestillationes  
jargia, &  
enes Prin-  
equum et  
i deveni-  
rivata et  
ridicule  
ant. Quia  
toleraripos  
superficione  
i in chartas  
am studio &  
re magnifica,  
x 1444

## LEGENDI HISTOR. II

zeb̄phiis, pura, & ut Tacitus appellebat arcana Imperii literis consig-  
gnarent. Verum altum hic silen-  
tium. Nec mirum id videri debet  
in nonnullis, quos, quia publica  
authoritate stipati non sunt; nec  
accuratam Rerum publicarum, de  
quibus scribunt, noritiam habent,  
foedissime hallucinari necesse est.  
In tales itaq; authores qui inci-  
dunt, ne illi miseri sunt & parum  
fausto sidere nati! Miserrimi cer-  
te qui in iisdem consenescunt, &  
historicam scientiam, aquam sci-  
licet in silice in illorum libris  
querunt.

Sed & alia occurrit difficultas, Non sup-  
altera illa nequaquam minor, posititii.  
que non ipsos authores, sed eorum  
dem opera & libros concernit.

Quam multa hodie, alieno assum-  
pto nomine, & illo nobili quidem,  
in lucem produci videmus! Quam  
multi

Ita Berossus  
ab Annio  
Viterb.

## 12 M E T H O D U S

multi spurii à monachis & aliis  
otiosis hominibus clanculum in  
occulto nati, pro genuinis bono-  
rum authorum fœtibus agnoscit  
volunt! Cæcus est, qui hoc non  
videt, amens qui negat. Percur-  
ramus omnium disciplinarum  
latifundia, in singulis cordatos  
artifices de superiorum sæculorum  
audacia conqueri deprehende-

In Theolo-  
gia. mus. In Theologia cum primis,  
quato hodie cum astu inter Evan-  
gelicos & Pontificios disceptetur  
Questio, de genuinis Patrum pri-  
mæ Ecclesiæ & sequentium  
temporum monumentis, restantur  
ab utraq; parte utrō citroq; com-  
mutata scripta. Paræ contentions  
vehementia, dimicant inter se  
Philosophi de vñctis Aristotelis  
monumentis, de quibus concitata  
oratione differit Francisc. Patri-  
cius in Discusi. suis Peripateticis,  
ubi

In Philoso-  
phia.

ubi ferè omnia, quæ superior etas  
pro germanis agnovit, tanquam  
nostra & supposititia audacter re-  
pudiat. Nec obscurum est, quia  
Petrus Ramus Regius Eloquen-  
tie apud Parisenses Professor,  
quid alii ante paucos annos ten-  
tarint. Uincung sit, illud certe in- Vide tamē  
dubiis Strabonis & Plutarchi e. duas Ora-  
stimonius probari potest. Aristoteles scripta neque omnia, neg. in-  
corrupta ad nos pervenisse. At hoc argu-  
mento.  
nifesta accumulem, satis patere  
arbitror, quam necessaria & uilis  
haec sit disquisitio de genuinorum  
librorum à suppositiis discretio-  
ne. Laborem hac tali stra verè  
laboriosum; judicium desiderat.  
acre; doctrinam & eruditionem  
non vulgarem, sed solidam & ex-  
quisitam diligentiam requirit nō  
temporariam, sed constantem, in-

B geni-

14. METHODUS

genium non mediocre, sed excellens. Quae omnia, quò minus in me juvenem adhuc & in Historicis studiis non satis exercitatum cadunt, cò magis annidentur erit, ut quod propter tenuitatem & inopiam meam prodignitate rei minus sufficienter explicari potest, id aliorum copia & dexteritate elaboratus expediatur & discutiatur.

De Notis  
germani  
Autoris.

Ut autem usus est neque in quinque agamus: primò de notis & indicis quibusdam differemus, è quibus rursum author cuiususq; operis patet. Quibus explicatis de ceteris authorum agemus.

Quibus indicis & signis libri carboquinque à genuinis discerni possint, multi anxie quaesiverunt; multi etiam multa eruditè hac de re disputarunt, ut postea intelligimus. Inventi tamen etiam sunt super-

DOMINI  
PATRI  
RE, SED ET  
MINIMUS  
CONTRARIO  
IS EXERCITI  
AGRIS AMB  
PROPRIETAT  
MEAM PRODU  
SUFFICIENS E  
RUM COPIA  
IN EXPEDIA  
TIONE INQUI  
SITIONIS & INDU  
MINUS, È QU  
ALIS OPERIS  
TITIS DE ADELE  
SIGNIS LIBER  
TATIS DISCEN  
TTI QUESTIO  
NES ERUDITIO  
POSSIBILITAT  
TER ETIAM JUST  
SIGNA

LEGENDI HISTOR. 15

Superciliosi quidam, qui omnia, <sup>koc studiū</sup>  
que hanc in partem excogitata <sup>elevantiū.</sup>  
fuerunt, vel plane rejecerunt, vel  
quod illorum limatulo iudicio non  
satisfiebant, parvifecerunt. Nos  
ut quemque suo sensu abundare si-  
nimus: ita hac in parte illorum  
sententia subscribere non possu-  
mus. Quid enim tandem adferunt  
illi ad elevandam hujus disquisi-  
tionis doctrinam? Ajunt, conje-  
turas meras adferri, nihil certi  
constitui, cui firmiter inniti possi-  
mus. Sed quid tunc? Concedamus  
conjecturas esse. Nunc verò pro-  
pterea plane rejicienda? Non ca-  
dem in omnibus disciplinis  $\alpha\kappa\epsilon\iota$ -  
 $\varphi\delta\alpha$  requiritur. Non adæquè in-  
quit Philosophus lib. I. Eth. cap. I.  
in omni disputationis genere sub-  
tilitas requirendā. Probabilitia et-  
iam, ubi Apodictica haberi non  
possunt, cordatis satisfaciunt. Et,

B 2 quæ

Et cap. 7.  
Thō  $\alpha\kappa\epsilon\iota$ -  
 $\varphi\delta\alpha$  min o-  
nolos con d-  
iagnos in pro-  
gnolemin.

## 16 METHODUS

que non possunt singula multa ju-  
vant. Possent plura ad redargu-  
endam nasus uolorum istorum op-  
tionem proferri, sed facile vident  
equi rerum estimatores, quam  
iniqui sint censores isti. Itaq; insti-  
tutum nostrum urgentes, regulas  
ab artificibus longo temporis usu  
observatas, breviter verbis Au-  
gustini gravissimi authoris refe-  
remus, singulas deinde latius ex-  
plicaturi.

Canon dia-  
xelunc  
yuncis scri-  
ptoris.

In secularibus literis ait  
Augustinus tom. op. 6. lib. 32.  
contra Faust. Manich. cap. 6.  
Certissimi fuerunt Autores,  
,, sub quorum nominibus po-  
,, stea multa prolata sunt, & id  
,, eò repudiata, quia vel his,  
,, quæ ipsorum esse constaret,  
,, minimè congruerunt, vel eo  
,, tempore, quo illi scripse-  
,, tunt, nequaquam innotesce-  
re, &

LEGENDI HISTOR. 17

re, & per ipsos, vel familiarissimos eorum in posteris prodii, commendari que meruerunt. Pauca hac sunt verba & adstricta, sed institutum nostrum mirificè adjuvantia. Latent in iis, quæ querimus signa & nota, latent utilissima regule in discernendis scriptis observanda; quarum tres potissimum constituunt possunt; videlicet ut omnia scripta dubia, tanquam nota & supposititia repudientur, quæ primò non convenient, & amicè quasi conspirant, cum opere & libro ejusdem autoris certo & indubitato. Secundò, quæ non ipso authore adhuc vivente, volitârunt per ora Doctorum virorum: Et tertio, quorum non vel ipse autor, vel coætanei Scriptores & familiares: vel certe anti-

B 3 quissi,

Trimestris.

I.

II.

III.

18      M E T H O D U S

quissimi quiq; meminerunt.  
Has tres regulas, qui in cōtroversia  
de bonorum authorū γνῶσιος &  
τεωρολογίοis scriptis observat, &  
observat conjunctim, ille facile de  
plurimis gravissimis controver-  
sis judicare poterit. Neque enim  
una, quod querimus, expedire de-  
cire & sufficienter poterit: Con-  
jungende sunt, & qui liber in tres  
estas notas impinget, sine ulla du-  
bitatione spuriis accensendus. Ut  
autem conjunctarum vis eō magis  
apparet, de singulis sigillatim  
agemus, & ita agemus, ut usum  
earum se in omnes disciplinas ex-  
tendere eluceat.

<sup>expositio</sup> I.  
Regulz.

Dux Notæ nobilissima. Consistit autem Har-  
congruen- monia & congruentia scriptorum  
tiæ scripto- in duebus: In styli sermonis q;  
rum.      aqua-

DUS  
emineru  
in corr  
orū yvel  
observat  
, ille facil  
comm  
Neque vnu  
expeditio  
terii : C  
liber in m  
eū illa d  
ependit. Il  
eo magis  
gillatione  
as usum  
linas ex  
gulam quod  
imo loci s  
prefata  
autem Hu  
a scriptori  
sermoniq  
zqua

LEGENDI HISTOR. 19

æquabilitate, & rerum amica  
consensione. Quanquam enim  
in utroq; magna difficultas occur-  
rit, cum propter stylum filumque  
dicendi, quod ferè pro affectuum  
ratione, etatisq; discrimine & cir-  
cumstantiarum diversitate mu-  
tari solet; iūm verò, quod nemo  
ferè authorum est, qui perpetuam  
dictorum suorum constantiam  
tueatur, & alioqui posteriores co-  
gitationes sapientiores esse dicantur;  
tamen quia non adeò rigide  
isthac urgemus, parum institutio  
nostro, qua in contrariam senten-  
tiā adferuntur, obstant. Sit sa-  
nè, quod juvenes, qui in prima  
etate luxuriare solent, in senectu-  
te torpeant, & stylum plerunque  
contrahant; sit, quod pro adfe-  
ctuum ratione quidam nunc leni-  
mox vehementi orationis genere  
scribant: Concedamus paucos es-  
tis.

I.  
Stili æqua-  
bilis.

Qui licet  
variet pro-  
gressu etat-  
tis.

B 4 se, quia

## 20 . METHOBUS

se, qui proprie rerum obscuritatem & judicii imbecillitatem non  
 sapient mutent, interdumq; à sci-  
 psis dissenniant: Tamen semper  
 habebit aliquid, ex quo authorem  
 tanquam ex ungve leonem, depre-  
 hendas. Non requirimus, ut phra-  
 sis phras; respondeat, aut omnia  
 fluentibus, sublimibus, teneris e-  
 uadibus verbis scribantur, (im-  
 possibile enim, hoc est, cum ali-  
 quando etiam bonus dormitet  
 Homerus: ) modò similitudo oris  
 non prorsus evanescat, & univer-  
 sum dicendi genus, toto, quod  
 ajunt, cælo dissideat in scripto du-  
 bio, à certo & recepto. Sic licet  
 fieri possit, ut sententia, que primo  
 aspectu placuit, re melius exami-  
 natâ & discussâ, paulò post disipli-  
 ceat, & arrideat contraria: Ta-  
 men de hoc ipso author circum-  
 spectus lectorem admonebit, fate-  
 bitur

LEGENDI HISTOR. 21

bitur se imbecillitate judicij la-  
psum; rectius edictus errorem re-  
vocabit, veniam precabitur, atq;  
eo ipso priorem sententiam abole-  
bit, & tanquam alienam rejicit,  
& sic à seipso nequaquam dis-  
sentiet.

Incorruptè itaque iudicaturus  
de scripto dubio, constitutus istius  
authoris, cuius putatur esse liber  
suspectæ fidei, opus certum, &  
quod omnium approbatione rece-  
ptum est, collationemq; instituat,  
& solicite dispiciat, num filio ora-  
tionis opus dubium discrepet à  
certo & genuino: Item, anne alie-  
num sit prorsus orationis ge-  
nus à persona & scriptore, de  
quo conirovertitur. Et si diversi-  
tatem quandam in nonnullis de-  
prehendit, non statim rejicit:  
totum opus diligenter evolvat, &  
tum demum, cum planè nihil in-  
venit,

B 5

## 22 METHODUS

venit, ex quo authorem divinare  
liceat, subdubitare incipiat, neg-  
eandem autoritatem tribuat u-  
trig: sed assensum tanti per coh-  
beat, donec major ex reliquis in-  
dicis lux & perspicuitas affulge-  
at. Vel, si omnino cetera regula  
deficient, quod tamen fieri vix po-  
test, ceterus recipiat, quatenus  
cum aliis probatis scripiorum te-  
stimoniis conspirat; quatenus  
vero ab iisdem recedit, repudiat  
audacter & constanter quemad-  
modum sagacissimi quique libro-  
rum censure fecerunt. Ut au-  
tius huius regulæ eò magis appa-  
reant uno atq; altero exemplo rem  
breviter declarabimus.

**Exempla.** *Cum in primitiva Ecclesia ad-*  
**1. Regule.** *modum fecundalues esset, Apo-*  
*stolorum titulo & autoritate ab-*  
*uti, & que obscuri privatig ho-*  
*mines consarcinabant, sub Apo-*  
*stolo-*

stolorum nomine incantis & minus circumspectis Christianis obtrudere, inter cetera etiam prodidit Epistola ad Hebreos D. Pauli nomen pre se ferens. Quam cum De Epistola ad Hebreos: quae Pauli negatur esse, ex plerique fere illo tempore recipi- rent, factum est, ut etiam sequentibus temporibus, de ejus autho- ritate vehementer sit dubitatum, cap. 2, v. 3.

alii genuinam, alii vero supposi- & 2. Thess. titiam esse contendentibus. Sed 3, v. 17.

D. Hieronymus in Catalogo Hæreticorum, ubi de autore hujus Epistola disputat, liberè profite- tur, authorem ejus non esse Apo- stolum Paulum; cum stylus & Aliud aliis sermo Paulinus in ea neutquam visum. appareant. Ita circumferuntur magno cum plausu & ostentatio- ne, Senecæ & Divi Pauli alter- nantes Epistole satis vetustæ; Pauli Epist. Nam earum etiam præter cete- ros meminuit Augustinus Epist. 54.

B 6 ad Ma-

## 24. METHODUS

ad Macedonium. Verum quanta cum vanitate & impostura, facile deprehendet is, qui paulo accuratius in styli considerationem descendet. Nam ut omittamus, quod Seneca, ne initia quidem religionis Christianæ habuit, quis non videt, quam alienum D. Paulo dicendi genus in ipsis Epistolis assignetur. Certe ne mica quidem Apostolici splendoris in eis appareret. Idem judicandum esse videtur de veterum Pontificum Epistolis, quas hodie Pontifici tantopere urgent. Nam quia plerique illorum in media Italia nati sunt, Latinæ lingue peritissimos fuisse necesse est. At quam horridæ & illatinæ sunt iste Epistole, quam alienæ ab ejusmodi personis? Evidenter si barbari fuissent, fortassis proficerent aliquid Pontificii: Verum quia Itali fuerunt, nihil

Pontifi-  
cum vete-  
rum Epi-  
stolæ.

nihil aliud agunt ejusmodi noctis  
scriptis, quam quod causam suam  
magis magisque suspectam red-  
dant. Quis queso, cum fœdissimos  
sorcerismos & barbarismos Ana-  
stasi in Epistola ad Episcopos  
Germanie & Innocentii 15. & 18.  
& reliquis passim obritos vel levi-  
ter tanquam attendit, non animad-  
vertat ab otiosis monachis & im-  
peritiis Pontificum Adulatorkibus  
esse confitias & excogitatas.

Sed ne in Theologia tantum, Ciceronis  
banc regulam valere existime-  
mus, age etiam è media Philoso-  
phia exemplum recens adhuc, &  
illud quidem satis illustre profere-  
mus. Prodiit viginti ferè ante an-  
nos M. Tullii Ciceronis consola-  
tio, liber quo seipsum Cicero de si-  
līa morte consolatus esse dicitur.  
Isq; magnò cum applausu à ple-  
bus acceptus est, non pulgi ran-

B. 7. iiii

## 26 METR O D U S

rum de grege, sed magnis etiam  
& eruditis viris, non tam quod  
constabat, tale quid scripsisse Ci-  
ceronem, quam quod dicendi  
genus & stylus, non adeò alien-  
nus esse videbatur à Ciceroniana  
elegantia & facilitate. Sed quid  
factum? Cum cordatores paulò  
accuratius in orationis & phra-  
sium elegantiam inquirerent; de-  
prehensum est libellum esse suppo-  
sitorium, & in Italia recens natum  
planeq; indignum tanti authoris  
nomine; id, quod publicè evicit

Lips. cent.

1. Epist. 35.

&amp; 66. Item

75. &amp; 99.

Cæsaris  
comment.  
in dubium  
vocati.

J. Lipsius in judicio suo de hoc li-  
bro, & Janus Gvilielmus. Et ad-  
eo latè se extendit hæc Regula, ut  
cum nostro tempore Ludovicus  
Carrio, in Cæsaris Commentariis  
de bello Gallico apud Lipsium lib.  
2. Epist. Quest. Ep. 2. inter cetera  
animadverteret, multa soluta,  
bianja, superflua, reperiri à Ca-  
sar is

faris illo terzo & Attico stylo,  
quem Cicero tantopere laudavit,  
diversa existimat falsò illos Cé-  
sari attribui. Sed reēlē responsum  
est à Lipsio, discrepare quidem  
aliquantum Commentarios de  
bello Gallico ab illis, qui sunt de  
civili, filo orationis; sed ita tar-  
men, ut non omnis prorsus Oris  
similitudo evanuerit; imò quā-  
vis gemini non sunt, fratres tamen  
esse, ex ipsa ratione scribendi  
agnosci posse. Nec desunt exem-  
pla alia: verum quoniam ex al-  
latis satis appetet, quam amplius  
& necessarius sit usus hujus regu-  
lae, & nos ferè isthac Tyronibus  
scribimus; rectissimè nunc ad al-  
terum prime regule indicium  
progredimur, quod consistit non  
in verborum, sed rerum ipsarū  
amica consensione & conspi-  
ratione. Citemus sapientia  
tin-

ce  
ce  
ce  
ce

2.  
Rerum  
consensio.

scoti  
non  
sunt  
digi

tingat, ut stylī convenientē emul-  
tatione, plurimi bonorum autho-  
rum scriptis insidias struant, atq;  
hodiē fere aliud loquantur homi-  
nes, aliud clausum pectore tene-  
ant, neque externa forma animo  
semper respondeat; idcirco non  
acquiescendum in stylī externa  
consideratione, sed secundō i-  
psarum etiam rerum colla-  
tio instituenda, & accurate di-  
spiciendum, an in ipsarum rērum  
etiam ponderibus & argumentis  
conspiret cum opere certo & in-  
dubio suspecta fidei opus, & quod-  
cumq; authorem à seipso dissentire  
faciet, vel opinionem tribuet ei  
contrariam & alienam à senten-  
tia, quam in Germanis auctor ex-  
posuit, & pro sua agnovit, illud re-  
pudiandum. Neque enim existi-  
mandum est magnos & eruditos  
viros sibi ipsi contradicere. Non-  
cadi

Docti sibi  
non con-  
tradicunt  
ipse.

LEGENDI HISTOR. 29

adit in scientem ejusmodi stulti-  
tia, que ex mera ignorantia & ru-  
ditate proficiscitur, quæ quo alie-  
niora sunt à sapientie, eò magis  
confirmatur indicium, & veridie-  
do alterius hujus indicii, ex ipsa-  
rum rerum collatione desumpti.  
Et nescio certè, anne exquisitus  
aliquid & solidius ad deprehen-  
dendas puras scriptas possit aufer-  
ri. Hoc indicio olim plurimi sup-  
positi libri, qui sub Apostolo-  
rum nomine circumferabantur,  
agniti sunt, non tam quod in stylo  
discrepantia apparebat, quam  
quod prorsus aliena & contraria  
continebant iis, que in libris suis  
certis & genuinis, posteris reli-  
querant Apostoli. Ita Serapion  
Antiochenus, ut est apud Euseb.  
lib. 6. Hist. Ecclesiast. cap. 11. Ev-  
angelium, quod D. Petri nomen  
præferebat, rejecit, et am potissi-  
mum

Apostolo-  
rum scri-  
pta.

Petri sup-  
posititia.

mum ob causam, quod non con-  
gruebat cum Epistolis ejusdem  
authoris certis & omnium appro-  
batione receptis.

**De Beroso** Circumferuntur, & omnium  
vulgari & fere etiam doctissimorum mani-  
recognitioni. bus teruntur Berosi Chaldaeis  
belli Historici, quos tanti fecerunt  
nonnulli, ut majorem fere partem  
librorum suorum ex illis transcri-  
pserent; judicio tamen ut libere  
dicamus minus circumspecto. Ta-  
metsi enim ex Josepho, Eusebio,  
Plinio, aliisque Scriptoribus cer-  
tum est, fuisse ejus nominis His-  
toricum, qui gentium origines & res  
gestas per securius est; tamen incer-  
tissimum est, pervenerintne ejus  
authoris scripta ad vos, & num  
que hodie illius nomen praefe-  
runt viros an vero nostra & spu-  
ria sint. Dubitationis ansam non  
exiguum prabent nobilissimi qui-  
que

que Scriptores & Historici, Lud.  
Vives, Gaspar. Varenus, Beat.  
Rhenanus, Raphael Volaterra-  
nus, Franciscus Baldinus, Blon-  
dus, Sebast. Foxius, qui unanimi  
voce libellos istos, tanquam frivo-  
los & incerti authoris ( ita loqui-  
tur Lud. Vives in Notis ad Au-  
gustin.lib. 18.de civit. Dei, cap. I.)  
vel plane rejiciunt, vel parum eis  
tribuunt. Sed ne autoritate tan-  
tum pugnare videamur, age col-  
lationem instituamus inter vete-  
rem (cujus meminit Josephus &  
alii) & Novum Berosum, quem  
produxit Annus quidam Viter-  
biensis, & dispiciamus, quam bel-  
le Annianus cum veteri illo Chal-  
deo conspiret.

- I. Veteris & Novi Berosus tres Qui cum  
tantum libros de rebus Chaldae- veteri &  
cis scripsit, ut est apud Gorop. lib. genuino  
1. Hispan. & lib. 4. Orig. At An- non conve-  
niannus nit. Vide

Tileman. nianus noster quinq<sup>u</sup>; protulit, &  
 Discurs. p. duos Chaldeos, fortassis ex inferis  
 76. & Fran- aduetos, adject. 2. Chaldeus  
 ckenberg. Berosus negat Babylonem à Se-  
 Instit. anti- quir. p. 42. miramide Assyria esse conditam,  
 ut videre est apud Josephum lib.  
 I. adversus Appion. Grammat. At  
 Annianus noster id ipsum ait, &  
 Chaldeo in faciem contradicit  
 lib. 3. Tertio, verus & vetus Bero-  
 sus, multa prodiit, & posteris re-  
 liquit, cum de aliis antiquis ho-  
 minibus, tum vero in primis de  
 Abraham, teste Joseph. lib. I.  
 Antiq. cap. 8. At novus & ficti-  
 tius Berosus ne verbo quidem illa  
 attingit. 4. Chaldeus Berosus  
 Historiam suam tribus libris lon-  
 gius deduxit, quam Annianus  
 quinq<sup>u</sup>. Ille enim ferè usq<sup>ue</sup> ad Imperium Cyri per venit, ut ostendi  
 potest ex cap. 3. lib. 10. antiqu. Jo-  
 sephi, ubi Berosum Bajadæ regis

Assy.

RODEI  
LEGENDI HISTOR. 33

Assyriorum mentionem fecisse scribit, & quedam etiam de Nabuchodonosore retulisse, ut ex eodem Josepho paret. Hic vero in 18. Assyriorum rege subsistit, qui equalis fuit Danai, cuius tempore regnum Trojanum inizium habuit, & ita ut colligitur ex accurata annorum suppitatione versus Berosus, sexcentos annos amplius processit quam Annianus. Nec desunt argumenta alia, sed ex hac brevi collatione facile apparet, non tantum quantum Anniano Berofo tribuendum, verum etiam quam utilis & necessaria sit hac secunda regula.

Eadem via & modo intelligi potest, quid de Manethone statundum. Quanquam enim hic ab initio statim turpi scese mendacio prodir, dum Beroxi Historiam sequitururum promittiit, cuius ne si-

De Mane-  
thone Fran-  
ckenberg.  
d.l. Pag. 53.  
Tileman.  
pag. 86.

ne finem quidem attigit; atque eo ipso non parum autoritatem suam suspectam reddidit, tamen idem etiam clarissime, ex collatione demonstrari potest. Vernus Manetho, ut est apud Josephum lib. i. advers. App. tantum Aegyptiorum res gestas literis consignavit. At quid noster? Is ulterrimus scilicet progressus etiam Gallorum & Hispanorum historiam exposuit. Josephus ex vero Manethone à Danao usq; ad cladem Trojanam 600. ferè annos numeravit. At verò Annius ex suo ficticio Manethone vix 300. extorquere potuit.

**Sibyllina oracula.** Ita hodierna Sibyllinorum oraculorum authoritas, que maxima hactenus fuit, tota in sumum abicit, ejusmodi collationis adminiculo. Loquimur autem non de varicinis, que prisa secula

LEGENDI HISTOR. 35

cula admirata sunt, & in primis  
Romani, quibus nequequam o-  
mnem autoritatem detrahimus:

Sed de ipsis, que nostra ætat. 8. lib. Aliter sen-  
distincta, nescio ex quo antro pro- tit Xyst.  
i porest. In Betulejus  
quid Syllon dierunt. Que non Sybillarum, sed præfat. ad  
cannum et aliorum hominum esse luce meri VIII. libros  
diana clariss ostendi potest. Ut istos, & in-  
enim omittamus, quod primo, o- ferius ad  
mnes Sybillarum libri, quos in lect. p. 295.  
tanto precio habuerunt Romani,  
una cum Capitolio temporibus  
Syllanis exusti perierunt. Ut præ-  
tereamus, quod secundo gravissi-  
mi auctores, inter quos etiam  
Philippus Melanthon, parum il-  
lis tribuerunt. Ut tertio nihil di-  
camus, quod olim etiam de Ger-  
manis Sibyllarum oraculis dubi-  
tatum fuit, ut intelligi potest ex  
cap. 31. Sveonii, & lib. 5. Anna-  
lium Cornelii Taciti. Ut quarto  
taterem patiamur, quod primitiva  
etiam.

etiam Ecclesia Christiani nihil il-  
lis derulerunt, ut colligitur ex Vo-  
pisci Aureliano. Ut quanto non  
attingamus quod Sibylla in libris  
istis vanissime jactat se unam fuis-  
se ex uxoribus filiorum Noe, ami-  
atq; eo ipso figura (figmentum  
eaim esse certissimum est, cum nec  
Josephus nec Philo id reculerint.)

satis ostendit, quid carminibus il-

Vide Betul. lis tribuendum. Ut deniq; silentio  
d.l.pag.8.

involvamus, quod circa insignem  
religionis Christianae ignominiam  
neutiquam concedi potest, cum  
sequereatur extra Ecclesiam Eu-  
angelium longè clarius innotuisse  
gentibus, beneficio variorum  
Sibyllinorum, quam infra Eccle-  
siam electo Dei populo Scripturis  
Prophetarum adivinitus inspi-  
ritus. Ut inquam ista et omnia faci-  
ti pratermittamus, vel unicui  
collationis usus, id ipsum planissi-  
me evi-

mē evincit. In veteribus enim & yncios Sibyllinorum oraculorum carminibus recitabantur non tantum fata populi Romani; verū etiam divīna postulationes & ritus divinarum procuratiōnum per extispitia, auguria, deq̄ cælo observationes, ut est apud Strabonem lib. 17. Geograph. At in oraculis, quæ hodie circumferuntur, non tantum illorum omnium nihil apparet, verū etiam contrarium ubiq̄ deprehendit, & passim idololatrici cultus Romanorum fugillantur; Religio contra Christiana summis laudibus extollitur, & ubiq̄ ferè incalcatur, adeo ut propterea etiam Augustinus Sibyllam inter cives civitatis Dei collocauit, ut videre est lib. 18. de civitate Dei, cap. 32. Quæ Romanorum traditio, qui non inimicissimè adversari.

C

rivit

## 38      M E T H O D U S

ri videt, illum nihil videre certissimum est. Ubi itaq; manent jam præcones illi Sibyllinorum oraculorum.

**Conclusio**      Sed latius ferè in declaracione  
**I. Regula.**      hujus secundæ regulae excurrimus. Contrahenda sunt tandem vela luxuriantis orationis, & ad secundum & tertiū accedendum, ne quam in aliis prolixitatem reprehendimus, eandem tot congerendis exemplis affectare videamur.

**Indicatio 2.**      Secundum autem indicium ad dignoscenda genuina bonorum authorum scripta, ferè in ipsis temporis circumstantia consistit. Posteaquam igitur harmonia tam in phrasi, quam rerum pondere spectata fuit, ulterius procedendum dispiciendumque; anne opus, de quo dubitatur, ipso authore adhuc vivente, volitatur

tarit per ora Doctorum viro-  
 rum; an verò demum post  
 mortem ejus emerserit? Et Deitate  
 hic non inuile erit, accurate in- Scriptorū.  
 dagare, quo tempore vixerit au-  
 thor, quo mortuus sit. Circumfe-  
 runtur enim multa scripta sub bo-  
 norum authorum nomine, quæ  
 temporis circumstantia manife-  
 stè supposititia esse ostendit. Ita Clausula  
 postrema periodus Deuteronomii Deutero-  
 & 15. posteriora capita in libris nomii non  
 Samuelis; quanquam prioribus est Mosis.  
 authoritate non inferiora: tamen Et libro-  
 autores Mosen & Samuelem ha- rum Samu-  
 beron non possunt: cum omnia, quæ el. 15. cap-  
 in iis commemorantur, post mor- elius.  
 quo tempore vixerit Justinus. Justini li-  
 Martyr, deprehendit opus illud ber suppos-  
 Questionum ad Orthodoxos, falsò sitius  
 tanti authoris nomine gaudere.

C 2

Vixit

Vixit enim Justinus circa annum Christi 159. quomodo ergo Quest. 82. & 86. mentionem facere Origenis potuit, quem multis post annis floruisse notissimum est: Unde facile apparet, quantum autoritatis ei deferendum, & quâ con-

Pleriq; in- scientiâ causam suam agunt Pon- elinant in tificii, dum ex eo & consimilibus Dominicâ incertorum authorum scriptis, Floccum, idololatricos suos cultus stabilire Florentinū Joh. Rosin, conantur. Fenestellæ etiam liber lib. 7. Anti- de Magistratibus non usque adeò quit. Rom. expeditus esse videruntur. Nominan- Alciat. 1. 4. tur enim in eo complures, qui post de V. S. tri- obitum demum Fenestellæ, qui in- buit Pom- cedit in Tyberii Cæsaris prin- ponio Læ- patum, & vixerunt & scrip- stimonio J. runt.

Parrhasii.      Supereft adhuc tertium indi- ēbens 3. cium, quod ex coetaneorum scri- Canonis. ptorum, vel certè antiquissimo De Testifi- rū testimonii desumitur. Quo- rum

ODUS  
LEGENDI HISTOR. 41

rum enim librorum vel coæ<sup>catione</sup> tanei, vel qui proximè seculi<sup>oꝝꝝꝝꝝꝝꝝ</sup> sunt, non meminerunt, eos verisimile est suppositios & spurios esse, maximè si libri sunt singulares. Requirimus autem ideo<sup>oꝝꝝꝝꝝꝝꝝ</sup> suffragia, quia nepotes, quo longius absuerunt ab authorum, de quibus queritur seculis, facile hallucinari potuerunt. Quis ergo libri nec per ipsos authores innoescere, nec familiarissimos & antiquissimos prodi commendari, meruerunt, illi juxta sententiam D. Augustini circa temeritatem tanquam stuprui & supposititii repudiari possunt. Quid itaq; statuendum erit de Hermetis Trismegisti Asclepio & Pymandro? quos non sine magno errore vulgus deceptum tam Augusti authoris nomine suspicere & admirari videtur. Etenim

Hermetis  
Trismegisti  
scripta.

## 42      METHODUS

nim praterquam, quod teste Jam-  
blico omnes sacri libri antiqui-  
tus Trismegisto assignati fuerunt,  
licet ab illo scripti non fuerint, vel  
illud dubitationem non exigam-  
parit, quod nec per Platonem nec  
Josephum rerum & Antiqui-  
tatum & Egyptiacarum scrutatores  
prodigiis recenseriq; meruerunt. Imo  
hic in libris adversus Appionem  
Grammaticum multis & gravi-  
bus rationibus ostendit, nihil  
apud Egyptios nec alios quo-  
cunque populos extare, quod cum  
vetustate scripturæ Mosaicæ pos-  
sit comparari. Quod cerè neuti-  
quam adfirmare potuisse, si quic-  
quam à Trismegisto scriptum  
temporis extitisset. Quan-  
quam enim Trismegistus non at-  
tingit tempus Moysis, tamen ab eo-  
dem non adeò longè absuit, ut ex  
accurata temporum subduktione

collis-



LEGENDI HISTOR. 43

colligitur. Fortassis probabilior  
est illorum sententia, qui existi-  
mant omnia, quæ in istis libris  
habentur, & Trismegistum au-  
thorem jactitant, farragines esse  
salubrium & gravium sententia-  
rum, sapientum virorum, quæ  
olim Hermis (ita enim vocaban-  
tur statuae in urbibus postea) inci-  
di solebant, quæ postmodum con-  
gestæ & digestæ publicis litera-  
rum monumentis ad posteritatem  
propagari promeruerunt. De Be- De Beros  
roso supra andivimus aliquod du- <sup>1606</sup>  
bitandi causas non coniennen- <sup>1606</sup>  
das. Illis accedit etiam hæc, quod <sup>1606</sup>  
neminem proximerum seculo-  
rum scriptorem libellos istos aut  
vidisse aut legisse constat, etiam  
quando origines gentium inda-  
gabant, & commoda Berosum  
producendi occasio oblata erat.  
Quid itaque de his & similibus

C 4 operi-

## 44 METHOBUS

operibus judicandum sit, huma-  
nissime Lector, ex hac tenus dictio  
satis appareat.

De Com-  
mentariis  
belli Galli-  
ci, Cæsaris.

Unum adhuc præterire non  
possum, quod est de Commenta-  
riis bellii Gallici, de quibus suprà  
Ludovicum Carrionem dubitasse  
intelleximus. Et habuit sane ille  
rationes sententia sue non leves.  
Uiamjam audivimus: accedit il-  
luminis altera, quod scriptores su-  
perioris ævi, cum ea describunt,  
que explicantur in istis Commen-  
tariis, Julium Celsum nominant,  
non Cesarem: Ita enim Vincen-  
tius in speculo, cum describit Pon-  
tem Rhenanum à Cæsare lib. 4.  
celebratum, Celsum laudat non  
Cesarem, idemq; facit Johannes  
Episcopus Salisburgensis in lib. de  
Nug. Curialium. Et magnum o-  
mnino argumentum est, quod in  
libris scriptis ita concepta est ita

280

Ipse ego  
habui in-  
scr. hac  
prætextā  
insignem,  
Julii Celsi  
V.Cl. quem  
acepit a-  
misinus  
Weigmair.

Commentarii Julii Celsi, quod prater alios in libro Collegii Atrebatis confisci Lovini attestatur Petrus Divaeus. Quod tamen non ideo propono, quasi Carrionis sententiam prelevis existimo enim recte illi à Lipsio responsum, Celsum quandam recidisse, addidisse, interpolasse etiam quedam, atq; hinc factum, ut pro Casare nominarint nonnulli Celsum) sed tantum ut ostendam, non minoris utilitatis tertiam hanc regulam, quam duas priores. Sed & hoc inde intelligitur, prudenti cautione opus esse, in ipsorum authorum libris etiam diligendis. Difficultatem enim magnam pariunt tam variae editiones, interpretationes, Notæ, cibigationes, emendationes, lectiones, observationes, additiones, curae, collationes, &c. Accedit huc

Delectus  
librorum  
pro varia-  
tione edi-  
tionum.

C 5      super-

## 46 METHODUS

In Critico- superiorum seculorum audacia,  
rum teme- que in omnes bonos authores mi-  
gitatem. rificè grassata est. Nec extare ho-  
diè ullum puto, qui non plagas ali-

Lib.4.Epi- quot à Correctoribus istis acce-  
stol. quest. perit, qui ut eleganter quodam in  
Epist.10. loco Lipsius peccare se putabant,

nisi hoc peccatum in omnibus  
scriptoribus peccarent. Neq; verò  
vitandum est perinde esse, cuius  
quisq; editionis liber adhibeatur.

Ut enim libri omnes antiqui, ita  
in primis Historici legi utiliter  
non possunt, nisi intelligantur.

Quomodo autem intelligantur se-  
ne emendata scriptura. Scalige-  
ros itaque, Lipsium, Muretum,  
Modium, Gruterum, H. Stephanum,  
Pigbium, Sigonium, &c.  
merito miramur, & laudamus,  
qui in id unicè incumbunt, ut au-  
thores veteres, quam emendatissi-  
mos habeamus. Atq; utinam Li-

Lipsius. psius

psius, qui natus mihi videtur bono veterum authorum, quod in Tacito summa cum laude, felicitate & admiratione perfecit, idem etiam in reliquis Historicis tenet: Deum immortalem! quam benè illo de Republica literaria mereretur: In quas laudes & gratiarum actiones se diffunderent Xenophon, Livius, Thucydides, Curtius, Cæsar, &c. Alios enim (non omnes tamen) qui hunc & paulò anicè nominatos imprudensi emulatione imitantur, castratores (sic venia verbo) rectius quam castigatores librorum appellaveris. Sed hac ès tu qdā.

Supereft nunc prime partis De delectu  
membrum alierum de delectu Historio-  
corum, quo quidem opus rum.  
non esset, si non nisi idonei ad Hi-  
storias scribendas accederent; nec  
prius in publicum profilirent,

C 6 quam

quāne probē ingenii sui vires ex-  
 Cicerore plorāssent. Cicero certē quan-  
 buit iugēnū. quām ab omnibus disciplinarum  
 generibus instructissimus, ad con-  
 scribendam Historiam exorari  
 non potuit. Sidonius etiam licet  
 nīus. Et Sido-  
 nius. vehementer urgēretur à Leone  
 Theodori regis Gothorum Consi-  
 liario, tamen prudenti consilio  
 unus istud declinavit. Atque uti-  
 nam nostri temporis Historici,  
 diligentius tantorum virorum  
 exempla intuerentur. Neq; verò  
 existimandum est illos laboris vi-  
 tandi causa, recusasse provinciam  
 aliqui laudabilem: Sed procul  
 dubio, quod putarent se impares  
 esse tanto oneri sustinendo. Incre-  
 dibile enim dictu, quam multa in  
 Bono Historico requirantur, &  
 quam arduum & difficile sū erudi-  
 ditis & prudentibus hac in parte  
 satisfacere. Quod dum paucissimi  
 confi-

Causa diffi-  
 cultatis in  
 delectu.

LIGEN  
 confiderem  
 numeris in  
 existit &  
 su, quam  
 finaliter  
 scriptores  
 de suis liberis  
 tur, quam  
 derat aucto-  
 rium, per  
 hanc chag-  
 quod aut  
 si aliqui  
 scribere,  
 consiliari  
 quem ad  
 ferre vo-  
 quibus  
 sentien  
 que si  
 buntur  
 non pr  
 Hispo

LEGENDI HISTOR. 49

considerant, sit, ut *Historicorum* numerus hodiè fere innumerus existat, & difficilium explicatus sit, quinam aliis preferendi. Difficulatem auget, quod ambitiosi scriptores ferre non possunt libera de suis libris judicias stomachantur, quam primum aliquid desiderari audiunt. Unde etiam Bodinus vir aliqui liberrimus, maius concordis tuit cuique liberum relinquere, hic autem quos authores deligat, quam certi aliquid imperiosius aliis prescribere. Nos etiam tanti viri consilium sequemur, neq; judiciū, quem adhibere quemq; oporteat, ferre volumus: Conjecturis tamen quibusdam & argumentis ad assentiendum probabilibus usuri, qua si quibusdam minus probabuntur, quin certiora sequantur, non prohibemus. Quoniam vero *Historicorum* tanta est copia, ne

C 7 de fin-

## 50 METHODUS

de singulis scribere, neq; possibile  
ferè sit, neque si possibile institu-  
tum id nostrum patiatur; idcir-  
cò omnes Historiographos, quo-  
quor fuerunt, sunt, aut erunt, in-  
certas quasdam classes distin-  
guens, singulasque classes proprie-  
tatis suis ita describemus, ne  
quinam potissimum legendi, &  
vel plànè non, vel parcius at-  
tingendi, prudenti Lectori ap-

Classeis Hi parere possit. Quanquam vero  
storiorū 3. nonnulli plura Historicorum ge-  
nera constituerunt; tamen o-  
mnes commodissime ad iria re-  
vocari posse videntur.

- Quoiquot enim scripserunt  
1. Historiæ, vel scripserunt, quan-  
tum voluerunt, dediti affecti-  
bus; vel scripserunt, quantum  
potuerunt; vel denique scri-  
serunt, nec quantum voluerunt,  
nec

LEGENDI HISTOR. 51

*nec quantum potuerunt, sed  
quantum debuerunt.*

Primam classem quod attinest, r. Classis:  
est illa omnium numerosissima. Historici  
Quotus enim quisque hodie Histo-  
ricorum est, qui sine prejudi-  
cio & affectibus scribat? Quo-  
tusquisque, qui non spe premii,  
vel metu pœnae multa mentia-  
tur, multa dissimulet? Vérum  
nihil Historico indignius; Ni-  
hil etiam magis Historiam su-  
spectam reddit, quam prejudi-  
cium & affectus. Præjudicium. Præjudi-  
enim ut præclarè Lipsius Cent. ciuitas.

2. Ep. 97. omne judicium tol-  
lit, & ut oculi, ubi glauco-  
ma obsidet, puriter non vi-  
dent: non item mens ubi  
adfectus. *Quapropter Historici,*  
*qui cupiditatibus suis vel aliorum*  
*libidini, flagitiosius obsequuntur,*  
*vel*

## 52 METHODUS

vel planè non vel parcus & accurato cum iudicio legendi. Prout autem affectum, ita Historicorum etiam in hac prima classe magna varietas.

Primum enim quidam ex ambitione & arrogancia, nihil non mentiuntur & fingunt, quo nomine infames sunt *Egyptiorum*, *Arcadum* & *Scytharum* Antiquitates, & impudentissime contentiones, de prerogativa originis Certamina & vetustatis. *Egyptii* eam debet multi crediderunt, & inter hos etiam Aristoteles, lib. 7. Polit. cap. 10. Diodor. lib. 1. cap. 2. Plutarchus in Numa: Mela lib. 1. c. 3. Lazius lib. 3. de Migrat. Gent. Apollon. lib. 4. Argonaut. Beroaldus lib. II. in Apul. de aur. Asin. & alti. Verum cum Scythes in iuste sibi eam ab *Egyptii* praripi quiritarentur, nec decesserunt;

Scytha.

sent, que probabiliter ostenderent, Scythos omnium primos & antiquissimos esse, ut videre est apud Justinum lib. 2. Egypti ne arena cederent, Deum immortalem! quam monstrosas nugas excogitaverunt. Scribi Herodotus lib. 2. Egyptios à Baccho ad Egyptios Amasim regem quindecim milia annorum supputare s & apud Platonem in Timo. sacerdos qui-  
 dam Ägyptius præter infinitum temporis record elapsi spaciū 9000. annorum res gestas ex totis iugis regnū continebat, contineri vanissime augatur. In Phryges tamen etiam Phryges, inclinaverunt Herodot. lib. 2. Suidas in voce Βεκυσίληνος: Eustat. in Dionys. Scholia. Apollon. lib. 4. Joan. Tzezes Chiliad. 4. Clau-  
 dian. lib. 2. in Eutrop. Apul. lib. II. de Aur. Asin. In Scythes vero Cato de Originibus. Justinus lib. 2.  
Mar-

Marcellin. lib. 22. sed his omnibus nihil deterriti Arcades, ulteriorius progressi sunt, & ut solidissime sibi Antiquitatis laudem adsererent, omnem fabularum modum excesserunt, & se Astris Arcades. Lunaq; priores finxerunt. Alii, ut mendacii suspicionem evitarent, initia gentis sue noluerunt ad certum tempus adstringere, sed se. *autroxodus*, & *myrmekes* appellaverunt, quasi ipsa terra ex se suis incolas genuerit, eorundem & alirix & parens. Alii alia excogitarunt, qua tamen copiosius excutere non est nostri propositi. Illud tantum indicandum breviter fuit, ambitionem & arrogantiam multorum mendaciorum & fabularum esse matrem: Quod & Peutingeri ex Peutingeri & Bodini disputa & Bodini *rationibus* appetet; dum alter con*trapposet*.

zillie,

HODUS  
LEGENDI HISTOR. 55

vitiis, alter verò contortulis, &  
ad sensus non permanentibus con-  
clusionibus patriæ sue laudes ob-  
scurat potius, quam illustrat. Et  
possem hoc nomine plures Histo-  
ricos perstringere, qui ambitio-  
sens originem & res gestas civium  
suorum persecuti sunt, sed sufficit  
admonuisse, tales authores anti-  
quitatum studiosis pessimè impo-  
nere, ideoque magno cum judicio  
legendos.

Secundò nonnulli odio & vin-  
dicta abrupti, veritatem inyicio... <sup>2.</sup> φιλοσοφίαν  
se supprimunt, virtutes hostium  
& præclara facinora, quā pos-  
sunt ratione, elevant & extenu-  
ant: vicia verò & defectus ope-  
rare perstringunt. Et hoc virium  
admodum familiare est, et  
iam integerrimis cetera scripto-  
ribus. Livius certè in exaggeran-  
da Hannibalis feritate prolixus  
est lib.

Livius.

## 56 METHODUS

**Herodo-**  
**tus.**

est lib. 3. Decad. 3. & alibi. Et hoc ipso nomine à Plutarcho perstringitur Herodotus, quod parum aequè scripsit de Bæothis & Corintiis. Nec desunt hodie scripta Historica, que ferè nihil aliud præter vindictam & odium spirant. Quām pertulans est Machiavellus.

**Machia-**  
**vellus.**  
Tale quid etiam notat in Gvie- ciardivo Lipsius.

Quām perculans est Machiavellus in vita Castruti, Florentina Reipublicæ hostis? Quām suspectæ fidei, Hieronymi Bosseci de Calvino, Feliciani Ninguarda de Anna Burgensem narrationes? Nec immunis plane fuit ab hoc vitio celeberrimus Romanorum.

**Platina.**

Pontificum Historicus Platina in Pauli III. rebus gestis explicandis & alii. Debebant autem biliosi isti scriptores, intueri candorem Arriani, Dionis, Pausania,

**Thucydi-**  
**dis conti-**  
**nentia.**

in primis vero Thucydidis, qui singularem animi ad condendam Historiam nati integritatem hac in par-

LEGENDBI-HISTOR. 57

in parte expressit; patria enim sue hostes Lacedemones ne verbo quidem lesit: Exilii sui authores nunquam acerbis traduxit. Et Historici hæc demum eximia laus est Hi-  
storicorum, cum hosti etiam suam laudem tribuit, nec vindictæ cupiditate extra orbitam procurrit, & quo adversarium acrius mordeat, vel præclara ejus facinora improbus elevet, à meos diuinorum & longè petita arripit.

Sunt tertio quidam, qui contraria religionis odio, incertissimi  
Odium di-  
ma queque & mendacissima, ut versæ reli-  
agrefaciant adversariis, corro-  
dunt, & publicis literarum mo-  
numentis produnt; homines certè  
nimis impotentes & impudentes.  
Neg, enim in Historia Religionis  
salus & veritas queritur: de vir-  
tute queritur. Si qui religionem  
contrariam amplectuntur, am-  
ple-

## 58 METHODUS

plectuntur suo damno & periculo. Historici non est, quos virtus ipsa non dignata est, sed illistris fascinoribus nobilitavit, mordacius propter religionem traducere. Quanquam hoc fortassis tolerari posset. Sed sunt nonnulli, qui ut disjuncte religionis cultores virtutibus illustres in odium aliorum adducant, mendacia etiam excogitant, nec attendunt, quâ fide, quâ fronte scribant.

 A bellis Iosue cum Idololatriis gentibus gestis, ad vastationem Hierosolymitanam sub Vespasiano 1547. Anato Christo ad bellum Saxonicum ortum ex Sphyngi Augustana, & ad captum Electorem 1547. Abraham natus fuit, anno 42. post principium prima Monarchie: anno Imperii Augusti sub Monarchia quarta nascitur Christus. Ita etiam ex Topographiis discimus loca quedam omnino & fatalia esse. Stella mons famosus Asie interitum acculit, Mithridatis, Pompeji, Tamerlanis, & Bajazerbis exercitiis numerosissimis & bellicosissimis. Quae ut quam plurima alia quis non miretur? In quo liberali animo amorem singularem

**Loca fatalia.**

rem studiorum Chronologico-  
rum & Topographicorum non  
excitent?

*Est autem Chronologia nihil Chronolo-  
gia aliud, quam accurata temporis gloria quid?  
in Historiarum lectio notatio  
& animadversio, quo quodlibet  
tempore factam sit, explicans;  
de qua nos pauca quadam ex  
probatis autoribus monebi-  
mus.*

*Chronolog: et studio duo po- Chronolo:  
tissimum animadvertenda sunt: go duo ob-  
Unum est de Epochis: alterum servanda,  
de Chronologorum inter se dis-  
crepantia: Epochas, ut definit  
Paulus Crusius, est certum & I.  
illustre quoddam principium  
temporis, à quo reliqua tem-  
pora numerantur, vel in conse-  
quentia secula, vel in praece-  
dencia, vel in utramque par-  
tem.*

F 4 Est

*Est enim cuiusq; regni & Imperii initium & temporis, quasi retinaculum, quo velut certo & fixo signo historiae continentur, ne temere & sine meta vagentur.*

**Quotuplex.**

**Epocha prima.**

Sunt autem Epochæ historicæ duplices: alia Ecclesiastica, alia Politica. Ecclesiasticæ sunt, quæ in sacris literis & historiis Ecclesiasticis annotantur; inter quas prima & antiquissima omniumq; generalissima est orbis conditi; id eoque in Chronologia primum locum sortita, à qua hodieq; Iudei motus & annorum seriem deducunt. Quanquam dissimulandum non est, de annorum orbis conditi calculatione, non exiguum esse discrepantium. Aliter enim se habet Texius Bibliorum Hebraicis; aliter translatio Graeca septuaginta (vel potius 72.) Interpretum; quam ferè sequuntur Ecclesiasti-

DUS  
regni & In  
oparis, qu  
elue tem  
ntinuenit, u  
vagatur.  
che historie  
fazit, die  
ezion, que  
arvis Eccles  
vater qui  
e omnino  
sendimur  
rimul  
eg. Iude  
m dedu  
ulandum  
bis condit  
uam effec  
nive si date  
Hebreus;  
ras Squa  
2. Interpre  
mento Eccle  
sia

LEGENDI HISTOR. 117

fastici Scriptores Græci, & reti  
net etiamnum Ecclesia Græca.  
Sed de discrepantiae hujus causa  
postea dicemus.

Summa itaq; annorum ab or- Ab orbe  
be condito usque ad hunc præsen- condito.  
tem, sunt anni 5562.

Secunda est diluvii, quod inci  
dit in annum 1656. ab orbe con  
dito.

Tertia est turris Babylonica,  
seu confusione linguarum, que  
accidit anno 131. post diluvium.

Quarta est peregrinationis A  
braha, anno mundi 2021.

Quinta est Exodi seu migrati  
onis Israëitarum ex Egypto, que  
incidit in annum mundi 2451.  
cum semisse.

Sexta est annorum Sabbati  
corum, seu remissionis, que incidit  
in annum mundi 2499. seu an  
num Josuae septimum.

F 5 Septi-

2.

3.

4.

5.

6.

7.

*Septima est Jubileorum, quo-  
rum initium penter ab initio an-  
norum Sabbaticorum.*

8.

*Octava est templi Salomonis,  
quod edificare cœpit, anno mun-  
di 2932.*

9.

*Nona est captivitatis Baby-  
lonice, quæ incidit in annum  
mundi 3357.*

10.

*Decima est hebdomadum Da-  
nielis, quarum initium incidit in  
annum mundi 3506.*

11.

*Nativitas  
Christi?*

*Undecima & nobis Christia-  
nis usitissima est annus Nativi-  
tatis, seu incarnationis Christi,  
quam alii referunt ad annum  
mundi 3963. alii verò 3970. Sed  
hanc temporum rationem sero  
admodum, hoc est, anno à partu  
virginis 600. usurpare ceperunt:  
Et hujus rei auctorem Beda facit  
Dionysius quendam Abbatem  
Romanum.*

*Ante*

LEGENDI HISTOR. 119

Ante hanc Epocham Christia- Epochæ  
ni Chronologiam suam mirè vari- Christia-  
arunt. Principio annis Imperato- norum an-  
rum usos constat ex historia Ev- te Diony-  
angelica, Luc. cap. 3. Idem exem- sianam.  
plum secuta fuit Latina Eccle-  
sia, ut contrâ in Græca anni  
Monarchia Græca, id est, Ale-  
xandri Magni retenti. Sed hæc  
de Epochis Ecclesiasticis.

Politica sunt, que in Historiis Epochæ  
profanis occurunt, & in com- Politicæ.  
merciis ac civilibus negotiis usur-  
pantur, ut sunt Epochæ Olympia-  
dum; Urbis Romæ conditæ, Indi-  
tionum, Cæsarum, Imperii Ger-  
manici, Hegiræ, sive Achigeræ,  
Aere. Olympias, qua usi sunt Olympias.  
Graci, est spatium quatuor anno-  
rum: Eorum initium ponitur in  
annum mundi 3189. Urbis Romæ  
conditio in annum 3213.

V. C.

F. 6 Indi-

**Indictio.** Indictio est spacio 15. annorum, seu trium lustrorum. Ceperunt autem inductiones numerari, anno Christi 313. ante diem 8. Calend. Octobr. Constantino & Luinio Augg. Coss. Idq[ue] in fastis Graecorum scriptum est his verbis: *indictiones novissimae circuus eorum*

**Epocha Cesarum.** Cesarum epocha cum Julio Cesar coepit, secundo ejus consulatu, quam gessit cum P. Servilio Isaurico, anno mundi 3918. anno Orb. cond. 705. secundum fastos

**Epocha Imperii Germanici.** Capitolinos. Epocham Imperii Germanici cum Carolo Magno cepit, anno Christi 801. Hegira, id est,

**Hegira.** expeditio Mahometis Arabibus Aera. Vide & Turcis familiaris est, sicut Aesculapius. Cal.

ra Hispanis; illius initium secundum nonnullos incidit in annum Christi 621. Secundum alios vero 692. Hujus vero in annum 16. Imperii Augusti.

Ales

*Alterum, quod studio in II.*

*Chronologia animadvertisendum; Chronologia est Chronologorum discrepantia, gorum discrepantia.*  
*que in plurimis ferè inextricabilis est. Eusebio primus annus Ni-*  
*ni incidit in annum mundi 3141. Vid. Pan.*  
*Candid.*

*Id est in anno 3141.*

*Georgio Monacho 3271. Beroaldo 1965. Funcio 1806. Cujus varietatis, ut & ceterarum causas quinq[ue] recenset Johannes Bodinus in methodo sua, quas breviter reperemus.*

*Prima est, quod Persæ aliter atq[ue] Græci, & Hebrei aliter quam utrig[ue] Persarum & Assyriorum. Principes appellârunt, ut sui quisque idiomatis vim ac puritatem retineret. Quin & nomina interdum varie detorserunt.*

*Secunda causa est, quod Græci & Latini Hebræorum antiquitates & lingvam ignorârunt. Sic cùm Moyses ab orbe condito ad*

F 7 dñm-

*Et ejus  
causa  
1.*

2.

## 122 METHODUS

diluvium posuisset annos 3656.  
 Septuaginta Interpretes 5. cap.  
 Genes. vitam hominum ducemis  
 interdum & trecentis annis lon-  
 giorem fecerunt, quam Hebreo-  
 rum scriptura patiatur. Itaq; ju-  
 xta septuaginta ab orbe condito  
 ad diluvium anni sunt 2362.  
 Differentia itaque est annorum  
 706. In Eusebio sunt anni 2242.  
 usque ad diluvium: Idemque ab  
 orbe condito ad Christum natum  
 mille ac ducentos amplius annos  
 quam Hebrei complexus est.

3. Tertia causa est ex variis ini-  
 \*Ita Danz. tiis anni. Greci enim annos ab  
 P. 1. Phys. c. aestivo solsticio incepereunt: Latini  
 39. ad Aequinoctium ab hyberno; Occidentales à ver-  
 no etiū na sectione: Arabes ab ingressu  
 præfert Ja. Solis in Leonem: Orientales, id  
 cobus Cap. est, Chaldei, Persa, Judæi, Egy-  
 pellus Hist. p. iii, Hebrei, \*ab autumno, quo  
 p. 6. tempore mundus est creatus, ut  
 300-

*Josephus lib. I. Antiquitat. cap. 3.*  
scribit.

Quarta causa est, quod Ägyptii, Perse, ac Hebrei Epocham seu radicem temporum nullā habuerunt, sed regum etatibus tempora definierunt. Greci & Latini melius; alteri ad Olympiades; alteri ad Orbis Condītionē tempora resulerunt, ut anīe audivimus.

Quinta & maxima errandi causa fuit ex ignoto Solis & Lunae cursu, in quo rame si omnis antiquitas valde se torsit, efficere non potuit, ut certam annorum a mensum rationem haberent. Atque hoc de Chroniologia. Topographia alter Historiae oculus, est diligens ac accurata locorum, in quibus res gestae sunt notitia & distinctio: que id est etiam non negligenda studioso Historiarum, quoniam Histo-

Topogra-  
phia quid.

## 124 METHODUS

Historici ut plurimum locorum descriptionibus utuntur, ut si ars ullo Historico necessaria profecto Topographia summè necessaria videatur. Accedit huc, quod Scytharum, Indorum, Aethiopum, Americanorum historias, fere à

Geogra- solis Geographis hausimus. Ne phiz Syno- itaq, tyronibus hac etiam in par- plis. Ad I- desimus, brevem & usitatam lo- fagog. corum & regionum distinctionem Reusn. qui refert ad subiiciemus. Totus orbis dividitur in duplex Hemisphaerium, cuius consideratione orbis alius Veteris, alius Novus vulgo appellatur. Partes veteris orbis sunt tres, Europa, Africa, Asia. Regiones EUROPAE sunt, Hispania, Gallia, Germania, Italia, Sarmatia, Taurica, Jazyges, Mætanastæ, Dacia, Mysia, Thracia, Chersonesus, Macedonia, Epirus, Achaia, Peloponnesus.

Cum

LEGENDA  
Iun. Iulius  
in. Orcasib  
Marib., C.  
ita, Corcyra  
Leucate, E.  
Pax, Srop  
Iklanice, A.  
Tyrone sunt  
Asia, Cyre  
ta, Egypt  
ia, Regio  
u, Bubyl  
Empylija  
ia, Cilicia  
ria, Alb  
Arabia, I  
ria, Afr  
Persis, P  
abiafet  
ia, Bac  
Scybia,  
su, Dra  
rosa, In

Cum Insulis Hybernia, Britan-  
nia, Orcadibus, Thule, Gadibus,  
Balearibus, Corsica, Sardinia, Si-  
cilia, Corecyra, Ithaca, Cephalia,  
Zacyntho, Echinadibus, Eubea,  
Creta, Strophadibus, Cythera,  
Salamine, Argina. AFRICÆ  
regiones sunt, Mauritania, Nu-  
midia, Cyrene, Marmarica, Ly-  
bia, Ægyptus, Thebais, Æthio-  
pia. Regiones ASIÆ sunt, Pon-  
tus, Bithynia, Lycia, Galatia,  
Pamphylia, Cappadocia, Arme-  
nia, Cilicia, Sarmatia, Colchis, I-  
beria, Albania, Syria, Palestina,  
Arabia, Mesopotamia, Babylo-  
nia, Assyria, Susiana, Media,  
Perpis, Parthia, Carmannia, A-  
rabia felix, Hircania, Margia-  
na, Bactriana, Segdiana, Sace,  
Scythia, Serica, Aria, Paropani-  
sus, Drangianda, Arachosia, Ge-  
drovia, India, Sinarum regio, Ta-

pro-

probana Insula, opposita Indiae.  
Novi orbis itidem ut veteris  
tres sunt partes, Septentrionalis,  
America seu India Occidenta-  
lis, & Meridionalis seu Magel-  
lanica. America à Septentrione  
in meridiem vergit sub forma  
duarum Peninsularum, que par-  
vo Isthmo connectuntur. Ea Pe-  
ninsula, que Septentrionem spe-  
ctat, regiones has habet; Novam  
Hispaniam, Mexicanam, Flo-  
ridam, Franciam novam. Quae  
in meridiem protenditur, & ter-  
ra firma dicitur, Peruanum re-  
gnum, Bresiliam, Caribnam;  
Patagones continet. Habent au-  
tem Provinciae ille pleraque alias  
rursus & novas, seu particula-  
res regiones, que ipse ut & ea-  
rum discrimina, sum & limi-  
tes cum lacubus, fluminibus,  
montibus, sylvis, &c. ex Tabu-  
lis Geo-

lis Geographicis & ipsis Geogra- Geogra-  
 phie Scriptoribus sunt cognosphi,  
 scenda. Laborarunt autem in Ge-  
 ographicis ex veteribus Strabo,  
 Pomponius Mela, Solinus, Pro-  
 lemeus, Plinius, Isidorus, &c. Ex  
 recentioribus Aeneas Sylvius,  
 Raphael Volaterranus, Gemma  
 Frisius, Bilibaldus Pirckheimer,  
 Hodie P.  
 Sebast. Münsterus, P. Apia- Bertius J.  
 nus, Joachim. Vadianus, Johan. Nondius &  
 Honterus, Gerardus Mercator, P. Clu-  
 Abrahamus Ortelius, Michael rius pre-  
 Neander, & alii. In Chronologicis stant.  
 Eusebius, Nicephorus, Beda, Al- Chrono-  
 phonsus rex, Picus Mirandulan. logi.  
 Paulus Phrygio, Johan. Lucidus,  
 Martinus Lutherus, Philip. Mel-  
 tonius, Joachim. Camerar. Jo-  
 han. Funicius, David Chytraeus,  
 Michael Beutherus, Pantaleon-  
 Candidus, Onuphrius Panvinus,  
 Mathaeus Beroaldus, Abraham.  
 Buch-

LEGENDA  
 nigra occi-  
 quam termina-  
 confidere e-  
 lemanus un-  
 ni, & maje-  
 rere vam  
 n. Locis com-  
 pudio ne  
 vimus com-  
 mibaben-  
 ian. Acco-  
 retrar loc  
 reginat,  
 trum si  
 tecummod  
 impossibil  
 res facer  
 coemerit  
 xerint,  
 quare o  
 tuarie,  
 quodq;  
 ri; pos

Ir. Hon-  
 doff. Ja-  
 cob. Cap-  
 pellus.

Bucholcerus, & omnium ferè ex-  
 actissimè Josephus Scaliger, de  
 emendatione temporum, & ex eo  
 Sethus Calvisius. Ex quibus o-  
 mnibus, vel certè integerrimis or-  
 mnia ea, qua nos stricte & bre-  
 viter de temporum & locorum  
 ratione attigimus, altius repeti &  
 accuratis cognosci possunt.

Secundò  
 de Locis  
 Commun.

Dicendum nunc etiam ali-  
 quid est de Locis Communis  
 in Historiarum lectione  
 recle & utiliter instituendis, qui si  
 in uillo bonarum artium genere,  
 certè in historia summè necessarii  
 sunt. Cum enim nullius hominis  
 memoria tam felix sit, ut omni-  
 um, quæ legit aut audivit, quando  
 velut, meminisse possit, operæ pre-  
 cium facturis est utiq; qui hiujus-  
 modi locos ita tempestivè ador-  
 nārit, ut quæ in Amplissimo Histo-  
 riarum Oceano memoratu & sci-  
 tu di-

Eor. usus.



in digna occurunt, aptè iis tan-  
 quam terminis & Continente cir-  
 cumscribere possit. Fridericus Ti-  
 lemannus vir magnæ existimati-  
 onis, & majoris futurus, nisi in-  
 tempestiva morte præventus fuif-  
 set, Locos communes in solo Histo-  
 rico studio necessarios, in reliquis  
 artibus compendiosiora admini-  
 cula haberi posse aperte pronun-  
 ciat. Accedit hoc, quod propter  
 cerebras locorum mutationes &  
 peregrinationes Bibliothecam in  
 promiu semper habere non solum  
 incommodum, verum etiam ferè  
 impossibile. Quod itaq; mercato-  
 res facere videmus, ut eorum, que  
 coemerint, vendiderint, contra-  
 xerint, in tabulis & diariis conse-  
 gnare obiter primùm ac tumul-  
 tuariè, quemadmodum unum-  
 quodq; actum contractumq; fne-  
 rit; postea vero in maiores trans-  
 scri-

scribere Codices singula certa se-  
rie soleant; idem illis etiam faci-  
endum, qui in studiorum Histori-  
corum emporiis longè nobiliori-  
bus negotiantur. Exstant autem  
de Loci communibus, tum in aliis  
artibus, tum in historia re dñe in-  
stituendis, mulierum Doctorum  
virorum præcepta non contemnen-  
da. Nos etiam aliquid conati su-  
mus; verum quoniam mihi ipse  
satisfacere nondum potui, consul-  
tum non viderur aliis obirudere,  
quod ipse adhuc accipere dubi-  
tes. Interera verò studiosi Histori-  
arum urbi vel Johannis Bodini  
consilio, & methodo, vel aliis  
possunt. Nec contemnendam esse  
in Philosophicis studiis eam in-  
stituendi rationem existimo,

**Modestia**  
autoris.

Johan. Jac. quam nuperrimè Johan. Jacob.  
Beureri Beurerus Historiarum & Gra-  
studium, ca linguae, Professor apud Fri-  
bur-

burgenses insignis, è doctissimi cuiusdam viri meditationib. transseripsū.\* Et quoniam non desunt, \* Ex Cicerone  
 qui in Historia etiam utlittere Freigii.  
 eam adhiberi posse putant, eam in gratiam Tyronum ascribere non gravabor.

Duo communissimi loci sunt: Loci communissimi;  
 Deus & Homo; seu causa & effectus, quorum uterq; suos species.  
 Deus.  
 Deo enim queritur. 1. Quid sit, qualis sit, quam  
 ipsius facta. Et hoc pertinet 2. Providentia & Procura-  
 tio rerum humanarum, & Nun-  
 sit causa mali: Denique judi-  
 cia Dei tacita vel aperta. 3. Fa-  
 tum Necessitas, Contingentia, Li-  
 berum arbitrium. In altero loco  
 communi, Homine scilicet, tria Homo.  
 consideranda sunt. Primum cau-  
 se & præcipue finis, qui est beati-  
 tudo

tudo, seu summum bonum: Huic contraria miseria est. Secundo, partes Hominis, ut Anima & ejus immortalitas, ac Ratio. Tertio

Ejus Ad-  
jancta.

adjuncta Bona & Mala. In adjun-  
ctis duo consideranda sunt: Cause  
& species. Causae tres sunt: Prima  
Natura seu indoles, sive inge-  
nium, & sub hoc ingenii acumen  
& docilitas, & huic contraria  
Tarditas ingenii vel obtusum in-  
genium. 2. Ars seu institutio, in  
qua considerande cause Efficientes  
& formales. Efficientes sunt  
Parentes & Preceptores: Huc  
pertinet institutio Parentum seu  
Educatio, item disciplina & do-  
ctrina. Adformalem causam per-  
tinet ratio docendi & discendi, &  
examina, item auctorum lectio,  
delectus & explicatio, commenta-  
rio: item hic pertinent loca insti-  
tutionis, ut sunt Schola, seu Aca-  
demia;

LEGEN  
tome; iten  
terita, mal  
illamentu  
Tertia Exem  
mum qua  
fusca, dif  
memorie ex  
vulnus qual  
tum perit  
lata, dilig  
negligentia  
tus bonis  
des parrò b  
aduertitoriu  
scindum,  
corpe, mo  
strum  
us; terri  
suplicia  
electus  
sunt arte  
Mechan  
que Phis

demie; item Philosophica vita,  
inertia, mala institutio, indulgen-  
tia Parentum & Preceptorum.  
Tertia Exercitatio, quæ est vel  
animi ( qualis est contemplatio,  
dilecta, disputatio, declamatio,  
memoriae exercitatio ) vel corpo-  
ris sub qua labor, experientia, in-  
venitio rerum, peregrinatio, imi-  
tatio, diligentia, huic contraria  
Negligentia & curiositas. Hac de-  
causis bonorum & malorum. Spe-  
cies porrò bonorum & malorum  
adjunctorum tres sunt, honestum,  
iustum, uile, & his contraria,  
turpe, molestum, inutile, quorum  
primum animi; alterum corpo-  
ris; tertium fortuna. Bona animi  
duplia sunt. Aut enim sunt in-  
tellectus aut voluntatis. Intellectus  
sunt artes; exq; vel liberales, vel  
Mechanica. Liberales artes sunt,  
quæ Philosophiae nomine conti-

Species  
Bonorum  
& Malorum.

Animi.

Artes.

G nent-

## 134 METHODUS

nentur, sub quibus sunt, Grammatica, & lingvarum cognitio; Rhetorica & Eloquentia aut Poesis, Logica, Arithmeticā, Geometria, Cosmographia, Astronomia, Musica, Astrologia, Divinatio, Auguria, Physica, Meteorologia, Metallica, Psychologia, Historia animalium & plantarum, Medicina, Ethica, Theologia, Gnomologia, Oeconomia, Politica, Jurisprudentia, Historia. Artes Mechanicae, Organica, Agricultura, seures Rustica, Architectura, edificia, & eorum partes; Disciplina militaris, Mercatura venatoria, Nautica, Ars equitandi, Pictoria, Palistica, Saltatoria.

**Affectus.** Affectus, perurbationes, cupiditates, concupiscentia, appetitus. I. specialis, Affectuum potentia & impotentia, & obedientia affectuum.

Etuum. 2. φιλωτία, Amor nostri,  
odium nostri. 3. Industria, fervor,  
studium in rebus agendis: Contra  
desidia, ignavia, pigritia. 4. Con-  
scientia, Furiæ. 5. φιλοσοφία, amor  
naturalis, liberorum, Parentum,  
cognitorum, &c. 6. Gaudium,  
laetitia, tristitia, mœror, luctus. 7.  
Fastidium reum presentium.  
8. Spes, fiducia, dissidentia, despe-  
ratio. 9. Animositas, audacia,  
pusillanimitas, animi demissio. 10.  
Cupiditas vindictæ, ultio. 11. Su-  
spicio, zelotypia. 12. Solicitudo,  
securitas. 13. Timor, metus, Au-  
dacia. 14. Iræ vacuitas. 15. Pu-  
dor, verecundia, impudentia, in-  
verecundia, rusticus pudor. 16.  
Pacis studium, pacifici, contentio.  
17. Humanitas, φιλωθεωπία, inhuma-  
nitas. 18. Benevolentia, favor,  
malevolentia. 19. Candor, gan-  
dum ex rebus aliorum secundis,

G 2 simi.

*simulatio, zelus, invidia, indignatio.* 20. *Misericordia, immisericordia.* 21. *Superbia, inflatio, despiciencia, contemptus.* 22. *Voluptas, dolor.* 23. *& ultimus, Pœnitentia, impœnitentia, lacryme.*

**Virtutes.** *Virtutes. Primus specialis, modus, mediocritas, decorum, honestum officium & his contraria.* 2. *Boni mores, gravitas, dissoluti mores.* 3. *Vir bonus, innocentia, probitas, malitia, nequitia, improbitas, Heroica virtus.* Prudentia. 1. *Consilium, deliberatio.* 2. *Ordo, occasio.* 3. *Stratagemata.* 4. *Calliditas, astutia, stoliditas, stupiditas, sub qua opinio, error, ignorantia.* Fortitudo. 1. *Pericula, res prosperæ & aduersæ.* 2. *Gravitas, moderatio, insolentia, stupiditas.* 3. *Temeritas, audacia, timiditas, ignavia.* 4. *Tolerantia, impatiencia, mollities.* Tempe-

ran-

rantia. 1. *Abstinencia in cibo, je-  
junium, intemperantia, voraci-  
tas, gula, helluationes.* 2. *Sobrietas  
in potu, ebrietatis, vinolentia, biba-  
citas, avaria vel luxuria, convivia  
infana.* 3. *Continenzia in Venere,  
pudicitia, castitas, virginitas, lu-  
xuria, procacitas, libido, impudi-  
cia, amor insanus, lenocinium,  
stuprum, incestus, adulterium,  
scortatio,淫乱aula, vagae libidi-  
nes.* Liberalitas. 1. *Eleemosyne,  
parsimonia, parci.* 2. *Tenacitas,  
sordes, prodigalitas, profusio, lar-  
gatio, avaricia, 贪婪itia, usura  
alea, ars parasitica.* Magnifi-  
centia. 1. *Luxus.* 2. *Ruditas, sor-  
dities.* Studium Honoris, 荣誉  
huius 1. contemnus honoris. 2. Am-  
bitio. Magnanimitas. 1. Stolidi-  
tas, vastitas, superbia. 2. Pusilla-  
nimitas. Clementia, Mansue-  
tudo, Placabilitas. 1. Reconciliatio.

G 5 liatio.

liatio, sarta gratia. 2. Iracundia,  
feritas, implacabilitas. 3. Crudeli-  
tas, sevitia, indulgentia, licentia.  
**Veritas.** 1. Simulatio, arrogan-  
tia, jactantia. 2. Dissimulatio. 3.  
Fucus, stulta credulitas, suspicio,  
fraus dolus, calumnia, sophisticia.  
Amicitia, Humanitas. 1. Fa-  
miliaritas, societas bona, aut ma-  
la, non esse, civilitas, humani  
congressus. 2. Blanditia, adulatio,  
assentatio. 3. Inhumanitas, moro-  
scitas, difficultas, contentio, rixæ, so-  
litudo, taciturnitas. Urbanitas.  
1. Ludicra, festivitas, dexteritas  
& suavitas morum, ludi, joci, sa-  
les, facetiae, urbana dictoria, scom-  
mata, relaxatio & recreatio ani-  
mi. 2. Scurrilitas, mores inelegan-  
tes, garrulitas, linguae futilitas, de-  
tractio, obrectatio, maledicentia,  
scommata dentata, obscenitas,  
turpitudo, cachinni, histriones. 3.  
Rusti-

LEGIT  
dificias,  
darnia  
la, Justit  
m, pietas,  
profutio, an  
vato care  
m. 2. Justit  
solaria, 3  
ponens, a  
pros Ho  
pari gr  
charitas,  
cum & n  
cias, form  
na, civilis  
fue & o  
rica, M  
diti, obe  
softinau  
cordia,  
rur in  
mij &

Rusticitas, murbanitas, agrestitudo, duritia, importunitas, molestia. Justitia. 1. Justitia erga Deum, pietas, religio, idololatria, superstitio, impietas, fiducia in Deo, oratio ceremonia, paene impietas. 2. Justitia universalis & particularis. 3. Pietas in Parentes & parriam, in liberos, in fratres, in conjuges, amor conjugalis, in peregrinos Hospitalitas. 4. In Prece-  
pores gratitudo, in benefactores charitas. 5. Paena legitima scelerum & injuste factorum, supplicia, tormenta. 6. Societas humana, civilis, politica, civitas. 7. Personae & officia, Ecclesiastica & Politica, Magistratus. 8. Cives, subditi, obedientia, seditio, bellum intestinum, dissensiones civiles, concordia. 9. Leges, jus summum, seu rigor juris, equitas, consuetudo senmos & ritus, statuta, immunitas,

G 4 pri-

## 140 METHODUS

privilegia. 10. Conjugia, legitime nuptiae, ritus nuptiarum, incestus, affinitas divorzia. 11. Rerum distinctio & proprietas, justa possessio, defensio bonorum. 12. Contrahitus, pacta, lucrum. 13. Judicia, iudex, corruptela munierum, accusator, calumnia, testes, testimonium, jusjurandum, actio, premium & poena multæ, asyla. 14. Defensio hostis, inducia, fœderatio. 15. Delicta flagitia, crimina, gradus delictorum, species delictorum, ne sunt dolus malus, furtum, violencia, injuria, cædes, parricidium, adulterium, rapina, latrocinium, proditio, perjurium, beneficium, &c. 16. Species Politiarum ut Monarchia, Aristocracia, Democracy. Tyrannus. 17. Rerum publicarum mutationes & conversiones. Corporis bona & mala. 1. Sexus sub quo Mas, feminæ,

Corporis  
bona & ma-  
la.

LEGENDI  
va, partus fe-  
tus, etas, puer-  
etus, senectu-  
moris, sepu-  
rato, sepulta,  
Talento bon-  
o, galero, i-  
nigaleado,  
ua conserpa-  
ta, amboris,  
&c. 4. K-  
uma, pulc-  
ra. 5. Actione,  
memori-  
e, vnde, in c-  
to & oclus,  
to differen-  
tia, mortu-  
ita. 1. Pat-  
riam amic-  
i, Novitate,  
tua, generis,  
fida, Aul-  
i, plentia, p-  
lentia, argen-

mina, partus seu puerperium. 2.  
 Vtia, etas, pueritia, adolescensia,  
 juventus, senectus, mors funerum  
 ceremonie, sepultura, Epitaphia.  
 3. Valetudo bona, seu sanitas, ad-  
 versa valetudo, seu morbus, pre-  
 cepta conservande valeudinis,  
 species morborum pestis, podagra,  
 febris, &c. 4. Robur, imbecillitas.  
 5. Forma, pulchritudo, deformi-  
 tas. 6. Actiones humanæ, sermo,  
 sensu, memoria, oblivio. 7. Re-  
 naturales, ut cibus, potus, vinum,  
 sitis & viatus, panum appellatio-  
 nes & differentiae, somnus, somnia,  
 quies, motus. Fortunæ bona & Fortunæ  
 mala. 1. Patria, parentes, liberi, deniq;  
 exilium amici. 2. Nobilitas, Na-  
 talis, Novitas, ignobilis, obscu-  
 ritas, generis ementita nobilitas,  
 Aula, Aulica vita. 3. Divitiae,  
 opulentia, paupertas, inopia, au-  
 rum, argentum, famæ, annonæ

G 5 cha-

## 142 METHODUS

charitas, vilitas, edificia. 4. Pax,  
bellum, bella civilia seu intestina,  
victoria. 5. Nomina. 6. Status seu  
genera & conditiones vite. 7. Li-  
bertas, servitus. 8. Gloria, honor,  
bona fama, infamia, ignominia,  
dedecus, laus, commendatio, eulo-  
gia authoritas. 9. Felicitas, infeli-  
citas, calamitates, afflictiones &

Hueusque ex Beato miserie generis humani. 10. Con-  
& Fregio. solarijones opponēde miseriis, &c.

Et hac quidem viri istius est  
methodus, que nisi aliquantò ge-  
neralior esset, equidem studiosis  
Historiarum multum prodesse  
possit. Potest tamen is, qui ea uti  
vult, Locos pro suo arbitratu vel  
contrahere vel extendere, atq; ita  
facile ad Historiae lectionem ac-  
commodeare. Usurpi autem, duos  
Locos Communes Deum & Ho-  
minem in prima acie constituet,  
tanquam generalissimos: Re-  
quisitos

Locorum

Tākēs ge-  
neral.

LEGENDI  
dende tam  
quo ordin  
admissim  
vendit, & c  
num ducem  
singulis in  
datis singul  
tibet, ac  
vorata, (f  
na, distill  
impla, defi  
us sub quibi  
me, appoph  
tulam comp  
Historiarum  
accipit not  
in povo secus  
ic. Prate  
duo Joha  
multa utili  
one comm  
eas magis  
moderor, p

ODUS  
difica. 4. de  
a se in iugis  
a. 6. Statis  
es vice. 7.  
Gloria, ho  
ia, imm  
ensato, et  
elicias, sed  
affectione  
ani, illu  
nferis. 11.  
ri istud  
quanto ge  
n studiis  
prode  
s, qui eau  
bitranu  
der, aug  
lediuam  
us cum don  
Dem. Ho  
an pofuer  
Tome: R. ob  
qui

LEGENDI HISTOR. 143

guos deinde tanquam interme-  
dios, quo ordine commemorati  
sunt, distinctè ordinabit, singulosq;  
ita notabit, & complebit, ut per-  
petuam ducem habeant Logicam.

Iaq, singulos in decem sedes eeu  
celulas distingvet, in causas effe-  
cta, subiecta, adjuncta, disjuncta,  
comparata, (sub quibus similia)  
nomen, distributionem, sub qua  
Exempla, definitionem, Testimo-  
nia; sub quibus proverbia, sen-  
tentiae, apophthegmata. Et las  
cellulas complebit ex quotidiana  
Historiarum lectione, inque eas  
quicquid notatu dignum occur-  
ret, non secus ac in alvearium de-  
feret. Præter istam verò metho- Bodini Lo-  
dum Johannes etiam Bodinus ci.  
multa utiliter monuit de Loco- Vide quoq;  
rum communium ratione, quæ Keccker-  
quia magis ad Historiam accom- manni ju-  
modavit, velim, studiosi Antiqui- dicium de-  
hac metho-

G 6 tatum

## 144 METHODUS

do Bodini tamum manuductione Bodini tan-  
& institu-  
tis per utantur, donec vel ab aliis  
endis locis melius erudiantur, vel ipsi diu-  
historicis. turna exercitatione compendio-  
siorem viam inveniant, maxime  
cum prior modus, ut jam monui-  
mus, generalior sit, & ad univer-  
sam Philosophiam (in qua etiam  
magna cum utilitate adhiberi  
poterit) accommodatus. Pronun-  
ciare tamen non dubitem omnium  
in hoc genere optimum, utilissimum & compendiosissimum  
illud esse consilium, quod regulis  
atq; exemplis Historias in suc-  
cum & sanguinem convertere.

**E**xemplum docet. Longum, inquit ille, est iter  
quoniam vis. per præcepta, sed breve & efficax  
per exempla. Quod quidem ve-  
rum est, si omne punctum nudis  
præceptis defertur; nulla vero aut  
saltus rarius, quam decebat ex-  
emplorum ratio habetur. At cum exem-

pla, cum p-  
conjugatu-  
uare expedi-  
cari. R-  
uam omni-  
uimus, q-  
uentuum  
utramque  
sequitur  
vabile. I-  
quam bre-  
ta que con-  
uam maribus  
nes de pre-  
cipione e-  
mpla sunt  
ut & even-  
tuos pro-  
declarau-  
t exempla  
quia deb-  
erit, non  
exponit,

## LEGENDI HISTOR. 145

exempla, cum præceptis & regu-  
lis conjunguntur, via non solum  
redditur expeditior & suitor, sed  
etiam certior. Regulis enim & ex-  
emplis omnia iunctur, & judi-  
cari homines, quibus si præcipuo-  
rum eventuum cause adduntur,  
& circumstantiae accuratè nota-  
tur, sequentur utilitates prorsus  
admirabiles. Regule nihil aliud Regula &  
sunt, quam breves & arguta sen-  
tentie, quæ continent admonitio-  
nes de moribus, aut commonefa-  
ctiones de præmiis & pœnis, aut  
descripciones eventuum in vita.  
Exempla sunt speciales observa- Exempla.  
tiones & eventus, quibus regule  
iste, quasi probantur, illustrantur  
& declarantur. Oportet autem  
ideo, exempla cum regulis conju-  
gere, quia debilius hominum ani-  
mos movent, quæ nuda assertione  
proponuntur Axiomata: Exem-

G 7 pla

Hæc illis, plæ verò ex media Historia &  
quomodo quotidiana experientia desumpta  
præstent. omnium profundissime in Homi-  
num pectora penetrant. Et opera-  
precium jam hac in parte fecit  
doctissimus vir Georgius Richter  
terus editis in lucem regulis, de  
eventibus negotiorum Politico-  
rum, quas fere omnes, paucis ex-  
ceptis suis illustravit Historiis &  
exemplis conatu laudatissimo &  
satis felici. Quanquam enim in  
Regulis & Axiomatibus deside-  
rari aliquid possit, & exemplo-  
rum etiam copia alicubi deficiat,  
tamen quilibet privata industria  
& studio corrigere vel supplere  
poterit, que desiderat. Et adeò  
non improbamus viri istius labo-  
res, ut potius maximopè opte-  
mus, reliquas etiam partes, de  
quibus spem fecit primo quoquo  
tempore maturet & divulget. Et  
hoc

LICENCI  
exemplum  
tabent, non  
temporis  
us, premer  
inimico on  
tus. Disting  
ci, & regu  
generam  
cum vide  
conomicam  
riu, & e  
tu, celogr  
ia, & anch  
ndus Regu  
lorum sch  
Historici  
deinde  
signis His  
torie ab  
Politica Axi  
morum  
re plenar  
Natura in e

hoc exemplum imitari possunt,  
 imo debent, non solum illi, qui pro-  
 gressu temporis versari in foro &  
 Aulis, premere curiam cogitant,  
 sed omnino omnes historiarum  
 studiosi. Distingvent autem Axiomata, Ad tria  
 mata, & regulas secundum tria vitæ gene-  
 ritæ genera in tres classes: Eccle- ra respici-  
 stasticam videlicet, Politicam & endum.  
 Oeconomicam, & cuilibet classi  
 proprias, & eas quidem vel per se  
 certas, vel gravium virorum ju-  
 dicio, & authoritate munitas as-  
 signabit Regulas, quas vel Philo-  
 sophorum schola, vel Poëta, vel  
 ipsis Historici suppeditabunt. Sin-  
 gulas deinde suis exemplis, que  
 diligens Historiarum lector subjiciet, illustrabit. Exempli gratia,  
 Politica Axiomata sunt: Magnas  
 Imperiorum mutationes præce- De hos  
 dere plerumque solent prodigia: quoq; mo-  
 Nimia in exigendo tributo seve- nito Beure-  
 ritas, rus.

ritas, itemq; nimium ipsum tribuum imposum move: subditos ad seditionem, Tacius. Perfidia Regis o: um eius regnum exosum redit: Superbia & crudelitas eis, si serae, non leves tamen sequi solent pœna: Magna Imperia non diu durant, quæ seditione intestina laborant: Regum insolentia & tyrannis faciunt, ut Monarchia in Democratiam maximè vertatur: Adulteria regni amissione à Deo puniuntur: Regna scelerē parta non diurna: Initia turbandi magna Imperia à fœminis primariis, velut reginis protervis & ambitiosis, sepe oriuntur. Livius. Usq; eo prosperum est Imperium, dum in eo valent vera consilia, ubi grata, timor, voluptas, avaritia, illud corrumpere, primum imminuntur illius odes; deinde etiam ipsūmet imperi-

LEGENDI H.  
tem adimit  
ea, quam b  
executivis  
i, nonquam  
am succedun  
al vel civi  
a non possunt  
bus inter se  
incipit s  
erum cap  
tervant &  
me adeo l  
randem r  
ad cogena  
tare cogn  
um inter  
erum canfa  
luerum &  
vel deci  
ex alieno  
mascas co  
n. Committ  
tyrannia

LEGENDI HISTOR. 149

ipsum tr  
re, Sabatin  
s. Perfici  
en exsus  
nachita-  
mens-  
al Imperia  
dizione u  
en infelicit  
er, u M  
iam ma  
terianu  
nir: Ro  
distructio  
Imperias  
ut regimini  
, sepe or  
preferantur  
in et nolent  
rata, emor  
, illud corre  
miserat illas  
ipsum in  
pe.

Imperium adimitur ac perit. Se-  
pè prava, quam bona consilia fa-  
cilius execurioni mandantur qui-  
dem, nunquam tamen feliciter  
tandem succedunt. Sallustius. Qui  
populi vel civitates conjuncte  
vinci non possunt, vincuntur fa-  
ctionibus inter se se excitatis: Ina-  
nes Principum sumptus & ambi-  
tiosa eorum coepit non modo sub-  
ditos vexant & exhaustiunt, sed  
ipsosem adeò Principes ad inou-  
piam tandem redigunt, & sceler-  
ata ad cogendas pecunias con-  
silia capere cogunt. Herodot. Pri-  
morum inter longinquos populos  
bellorum causa exierunt rapina  
mulierum & adulteria: Princeps  
facile vel decipi:ur, vel dejici:ur,  
qui ex alieno & in primis unius  
duntaxat consilio, & virtute pen-  
det. Comminens. Ex Monarchia  
sic iyrannis cum Rex contempta  
legum

## 150 M E T H O D U S

legum authoritate, quidvis agit  
prr animi sui libidine. Plato. E-  
terna quadam lege & nunquam  
intermoritura decretum est, ut  
Imperia Rerum publicarum ab  
injustis possessoribus ad justos de-  
ferantur. Dionys. Halicarnas. Ty-  
rannorum & eorum omnium, qui  
sevis in gubernanda hominum-  
societate consiliis utuntur familia  
tota aut vix aut nunquam ad an-  
nos usque centum in eo Imperio  
permanet, sed vel à Deo deletur,  
vel à subditis de hujusmodi gradu  
fœde deturbatur. Aristot. Diodor.  
Siculus Comminæus. Hæc & alia  
innumera axiomata Politica, qui  
Studioſus Antiquitatis exemplis  
historicis, quæ frequens lectio sub-  
jicit, illustrat, is cerè optimè  
tempus collocat, & fructus suo  
tempore percipiet uberrimos. Idē  
statuendum est de regulis Eccle-  
ſiasti-

LEGENDI  
hīc & Oecon-  
vratione ex  
Scriptoribus  
n exemplis h  
sūt & debet  
Aetoma Oe-  
n filii noxa  
vum liberis  
ram suorum  
de generis  
regule plu-  
sorū: In p  
dūm filiorū  
m El: In p  
lari Cicerō  
perantissi-  
mū se crap-  
tūtūq; nomen  
em duorum  
variorū alte-  
m patrem  
m patrem  
m patrem

siaisticis & Oeconomicis, que ea-  
dem ratione ex sacris & propheta-  
nis Scriptoribus peti, & postmo-  
dum exemplis historicis illustrari  
possunt & debent. Exempli gra-  
tia. Axioma Oeconomicum: He-  
roum filii noxae sive magnorum  
virorum liberi, plerumq; relictis  
majorum suorum vestigiis & vir-  
tutibus degenerant. Exemplo hu-  
ius regule plurima in Historiis  
occurunt: In sacris, Abijalonis &  
Amnon filiorum Davidis, filio-  
rum Eli: In prophanis Marci,  
Marci Ciceronis filii, qui Patris  
temperantissimi vestigiis relictis  
totum se crapula dedisse, & quod  
duos congiorum exhaustaret, Bi-  
congii nomen invenisse scribitur:  
Item duorum filiorum Periclis,  
quorum alter ita petulans, ut et-  
iam patrem dicteriis & conviciis  
incesserit; alter vero planè stupi-  
dus

dus fuit, & quæ sunt exempla  
quām plurima alia, quæ congere-  
re, congestaque, digerere facile po-  
test, qui, quæ hactenus dicta sunt,  
accuratius attendit.

Tertiò de Tertium secundæ partis &  
judicio Le- ultimum membrum consti-  
tutionis. tuimus Judicium Historia-  
rum, de quo nunc etiam pauca  
quædam attingemus. Superius  
quidem egimus de iudicio, quod  
requiritur ad Historiam sincerè  
scribendam: Necessitas itaq; jam  
postulat, ut quædam moneamus  
etiam de iudicio ad Historiam.  
Causa mo. recte legendam. Requiriur au-  
niti. tem hoc ideo in studiose Historia-

Causa mo. recte legendam. Requiritur autem hoc ideo in studiose Historia-

I.

rum, quia tanta est Scriptorum  
quorundam sive ositancie, sive  
levitas, imperitia & ruditas, ut  
que à veritate quam maxime ab-  
horrent, incavis lectoribus ob-  
trudant. Nec est, ut exempla hu-  
moris rei

DUS  
ent exempl  
ue compo  
e facile p  
u dicta su  
z partis  
am confisi  
Historia  
etiam pass  
Supera  
dicio; que  
am syne  
usitac; in  
non tam  
istoriam  
vivere ar  
Historia  
Scriptores  
taatu, in  
rediu, us  
nunciam ab  
distributio  
exemplar  
part  
BLB

## LEGENDI HISTOR. 153

jus rei procul repetamus. Litera-  
rum monumentis prodiderunt  
gravissimi quicq; aut bores, quod  
carmina jam moriens canat exe- Vide Rol-  
qualia cygnus; Cantator Cygnus lenhagii  
funeris ipse sui. Idq; credidit et- warhaftige  
Lügen.  
iam Plato in Phaedone, Aristot.  
lib. 9. de Generat. Animal. cap. 12.  
& quis non? Proverbium inde na-  
tum est tritum, & multorum  
vocebus frequenter usurpatum,  
Cygnea cantio: quod de illis Cygni non  
jactabatur, qui supremo vita ter- canunt.  
mino saviter differebant. At fa-  
bulosum hoc esse, & à natura cy-  
gni alienum, testantur Plinius lib.  
10. Natural. Hist. cap. 25. Athe-  
neus lib. 9. cap. 16. Elianus lib. I.  
variarum Histor. c. 14. quorum  
certè virorum testimonia negli-  
gere nec potest nec debet historia-  
rum studiosus. Ita magni viri tra- De vipers  
diderunt viperam erosa alvo pa- partu.  
rere,

rere, catulosq; occise matris latera perrumpere. At neq; perpetuum hoc esse innuit Aristoteles lib. 5. de hist. Animal. circa finem. Sed neq; unquam Experientiae convenire, voluit Apollonius Tyaneus, apud Philostrat. lib. 2. cap. 8. ¶ Patrum nostrorum memoria Amatus Lusitanus Cent. I. Curat. I.  
**2.** Quid itaq; de his & consimilibus Naturalibus Historiis statuendum, cogitent Physici. Accedit  
huc, quod tanta est Historicorum  
discrepancia, ut non modo alii ab  
aliis, verum etiam a seipsis vel  
studio, vel animi egritudine & er-

**Bellum** rore frequenter dissentiant. Et ut  
**Trojanum** hic etiam exemplo rem declaremus, sumemus famosissimam bellum Trojani historiam, que quot seculis & auctoritatibus confirmatur, tot ferè etiam difficultatibus & Historicorum, qui literis illam confi-

LEGENDA  
configurant,  
De tempore  
cautum par  
utes, sum  
ores prater  
ditiones e  
diger de en  
tra in tot op  
spicere co  
nor. Chy  
nus 27.8.2  
1778. Ifsa  
1798. M  
1810. P  
forum reris  
tate non con  
sidera. Inforia  
scripti  
monialis effe  
ciuum T  
Utenam, sa  
ra usq; fare  
mentat. 1

consignarunt, dissidiis evertitur. Extat Ora-  
 De tempore ἀλώνως, mirum, tio Dion.  
 quantum varient Chronologi tum de Ilio nū-  
 veteres, tum recentiores. Et ut  
 veteres præteream, quorum con-  
 tradictiones expedivit Josephus no, Helenas  
 Scaliger de emend. temp. Recen- in Ægypto  
 tiores in tot opiniones abierunt, ut suspenſe  
 difficilimè conciliari posse vide- meminit.  
 antur. Chyraeus ponit annum  
 mundi 2782. Lucidus & Func-  
 cius 2783. Isidorus 40007. Con-  
 tius 2798. Melanthon 2852. Per-  
 rerius 2810. Accedit hoc, quod in Quare.  
 ipsarum rerum gestarum Narra-  
 tione non consentiunt. Herodotus  
 lib. 2. historiam longè aliter quam  
 careri Scriptores exponit. Et me-  
 morabilis est Isocratis auctoritas,  
 qui bellum Trojanum non propter  
 Helenam, sed ne Græcia à Barba-  
 ris vastaretur, gestum esse pro-  
 nunciat. Neque ignorare quen-  
 quam

## 156 METHODUS

LEGENDA

Idem non- quam existimo, quid de tota hac  
 nulli judi- Historia senserit Dion Chrysost.  
 cant de A- orat. II. & Metrodorus apud Ta-  
 mazonum tianum in Orat. ad Graecos, ubi  
 Historia. Hectorem, Achilem, Agame-  
 Vide Dio- dorum Sicul. mnonem & omnes in universum  
 lib. cap. II. tum Graecos, tum Barbaros, cum  
 Strab. lib. Helena & Pande artificii tantum,  
 II. Fulgent. lib. I. dispositionisq; causa introductos,  
 neque ullum ex his hominibus re-  
 vera exitisse audacissime affir-  
 mat. Quia tamen non eum in finem  
 à me commemorantur, quasi anti-  
 quissimi belli Historiam negare  
 aut convellere velim. Scelus enim  
 esset tot Scriptorum fidem eleva-  
 re, nefas auctoritatem infringere:  
 sed tantum, ut ostendam judicium  
 in tanta authorum discrepancia  
 diuersorum requiri necessariò, ut quid verum,  
 necessitas. vel veri sit similimum studiosus  
 historiarum intelligere possit.  
 Judicij in - In naturalibus quidem Histo-  
 riis

LEGENDI HISTOR. 157

rūs facilior & expeditior est via. **Physicis**  
Hę enim propter certitudinem via facilis  
& ordinem natura perpetuum &  
constantem raro variant, ideoq,  
verę sint, nec ne facile intelligi po-  
test. Sed & quid de divinis statu-  
endum, non adeo difficile erit The- It. In Theos  
ologo judicare; quia ut ad Histo- logica.  
rias Politicas dijudicandas Poli-  
ticum, ad Physicas Physicum: ita  
ad divinas & sacras judicium re-  
quiriur Theologicum. Quod pro-  
bè notandum arcteq, tenendum  
propriet eos, qui de quibuslibet re-  
bus, non sine impudentissima im-  
pudentia judicium sibi sumunt,  
non cogitantes nec Physicum nec  
Politicum sincerè de Historiis sa-  
cris: ut & nec Physicum nec Theo-  
logum de politicis integrè statuere  
posse. Theologus respicit Scriptu-  
ram, tanquam cynosuram sui ju-  
dicii. **Physicus** vero perpetuum,

*H* *natu-*

naturæ ordinem intuerit, & que singulari Dei dispositione evenient, ea à naturalibus discernit, nec adnò rigidus est in judicando, quia matrem rerum omnium naturam cogitet ita potentem esse, ut multa ab eadem produci & fabricari possint, quæ alioqui sunt incredibilia, quæq; alii aut nesciunt,

**Non item** aut scire non volunt. In humana verò Historia ferè aqua hærere solet, quoniam sui semper sunt dissimiles, nec facile certo termino circumscribi possunt. Proponeamus tamen & hic quedam, que ad judicandum Historias humanas non prorsus erunt inutilia.

**Quod tamen non levatur, ut Bodinus vult.** Johannes Bodinus, omnium maximè hoc facere existimavit, scire, quæ qualisque singularium gentium & populorum sit natura. Nec male omnino Bodinus. Verum quoniam ferè omnia, que de na-

de natura populorum ex constel-  
latione cœli, constitutione elemen-  
torum, ipsorumq; locoru & vicis-  
ratione, &c. disputantur, non so-  
lum intricatissima; verum etiam  
inceritissima sum, author esse ne-  
mini possunt, ut Boaini vestigiis  
periunacius insistat. Nam & na-  
turam non raro exuere, vel ceriè  
supprimere solent callidi & astuti  
homines, maximè ubi singulare  
aliquid moliuntur. Interim ta-  
men non prohibemus, quin isthac  
etiam, quæ à Bodino, si non ubiq;  
verè & firmier, at ceriè ingenio-  
sè hanc in partem excogitata sunt,  
excubianur & examinetur dili-  
genter. His autem addi possunt ha-  
due regulæ. 2. Media agentis Aliz Judi-  
dis dia marð à fine & proposito dicii Regu-  
recedentia, narrationem sus-  
pectam reddunt & arguunt  
vanitatis. 2. Actiones toto ge-

H 2 nere

## 160 M E T H O D U S

nere distantes à qualitate & facultate ipsius agentis, vix verisimiles nedium veræ judicandæ sunt. His duabus regulis existimamus magnam Historiarum humanarum partem, iudicari posse. Etenim impossibile est agentis propositum à mediis, vel media à proposicio variare omnino. Siquidem nemo, nisi planè stupidus & emotus mentis sit homo, ea media ad scopum propositum adhibebit, quæ non solum ab ipso fine alienissima, sed ipsum ageret etiam impediunt. Ideoq; in omni dubia historia (loquor autem de humana) primò disciriendum, quod & quale uniuscujusq; fuerit propositum, quo intellecto, mulio dexterius, de reliqua narratione statuere potest Historiarum studiosus. Sed neq; ille historicæ narrationes quicquam fidei merentur,

1.  
Expositio  
erat.

2.  
Expositio  
erat.

tur, quæ n*m* secundum regulam  
impingunt: quaq*z* aliena sunt ab  
iis personis, quibus assignantur.

Exempli gratia. Legimus lib. I. Locus 1.  
Regum cap. 15. Saulum regem Is-

Reg. 15.

raelitarum Amalecitas persecu-  
tum fuisse usq*z* ad Hevilam, quod  
pleriq*z* fere Interpretes de finibus  
Indiae accipiunt, ut sententia sit,  
Saulum Amalecitas ad fines Indiae  
usque persequendo fugasse. Quod  
quam verum sit, hic tantopere non  
disquirimus; illud tamen me re-  
mus, probabilitate ac nac inter-  
pretatione dubitari posse, cum o-  
mnis regi hostem ad fines usq*z* In-  
die persequendi facultas, quæ qui-  
dem in hominem cadere potest,  
defuerit; Nec licuerit armata  
manu alienas Provincias ingre-  
di, tantaq*z* spacia dissitarum regio-  
num tam brevi tempore tanto  
successu percurrere. Sic quid judi-

H 3 caro

Nero à Se-  
neca falso  
commen-  
datuſ.

carium ſit de virtutibus, qui-  
bus Seneca Neronem Impera-  
torem commendat, jampridem  
obtendit Celsus Rhodiginus lib. II.

Antiq. Lect. cap. 12. Ceterè cum  
decantuſiſum ſit. Nero ne-  
mancipium & ſentinam fuſſe o-  
mnium ſcelerum, non poſſamus  
non ad tipulari Rhodigino, qui  
cittato loco viriuſes iſtas, quas tan-  
to perē predaſare & extollere in-

Nero ne Senecam diximus, meras  
fabulas & mendacia eſſe ſcribit.  
Impoſibile enim eſt ſimul & ſe-  
mel eundem ſcelera ſectari, & vir-  
tuibus inclaueſcere: impoſſibile  
duas contrarias Qualitates ſimul  
in eodem ſubiecto hærere, ne dum  
dominari poſſe & excellere. Nec  
video, quid impedit, quō minus  
referamus etiam huic Historiam  
Æthiopicam, de Salomonis regis  
opiffia. Judeorum & Maquede Salva-  
regi-

auguitus  
tamen fa-  
mosus ad-  
ulerium,  
adulterio-  
rum idem  
vindex  
apud Svet.  
lib. 2. c. 67.  
de Salomo-  
nis & Æthi-  
opiffia.

regine concubitu, & ex eodem na-  
 to Meleicho rege *Aethiopum*. Et  
 enim ut nihil dicamus de bello,  
 quod rex *Aethiopum* Zararegi  
*Jude Ase* intulisse scribitur, 2.  
 Paralip. cap. 14. quod certe neuti-  
 quam facturus fuisset, si tanta  
 propinquitate populus alter alte-  
 ri conjunctus fuisset, ut secundò  
 prætereamus, quod leges & facul-  
 tas eligendi regem, quæ tunc penes  
 sacerdotes fuit, spacium, & ilium  
 quidem in externa genie quasi-  
 tum, nequaquam admittunt. Cer-  
 te vel illud, quid de hac Narratio-  
 ne probabiliter statui possit, satis  
 clare ostendit, quod facinus illud  
 Qualitatibusq. tam Salomonis  
 scilicet quam Maquedæ minimè  
 respondet. Hujus enim pietatis &  
 reliquarum virtutum studium  
 summum predicatur. Illius vero  
 vitamoresq. tum Deo, tum homi-  
 nibus

## 154 METHODUS

nibus probabantur. Nondum enim a recta via deflexerat. Quae, qui à concubitu illegitimo non alienissima esse animadvertit, nā illum puerilis judicij hominem esse necesse est.

Orationū  
in hist. oc-  
currentiū  
vensura.

Porrò ex hac regula intelligi-  
eriam porest, quid statuendum sit  
de Orationibus Historicis passim  
apud Historiographos obviis. Ete-  
nim quis accuratius in persone, cū  
attribuitur oratio, naturam in-  
quirit; considerat, quod vita ge-  
nus, quæ ratio etatis, quæ virtu-  
tes, quæ vicia, quæ naturæ munera  
& defectus, quæ institutio pueri-  
lis, qui mores & consuetudo, is fa-  
cile animadverteret, sine oratio  
eius, cuius esse putatur. Quippe.

Intererit multum, Divusne lo-  
quatur an Hieros,  
Maturusne senex, an adhuc flo-  
rente juventa.

Fervi-

ODUS  
r. Nondem-  
fexerat. Qu-  
legum mo-  
naderem, u-  
bonum ef-  
pula inelli-  
basendum;  
paritate pa-  
bor obvius. Et  
in personam  
naturalium  
modis exag-  
que virtut-  
are manera  
in iunctio pueri  
sovetudo, iij-  
sime ar-  
acutus. Quippe  
cum, tanta do-  
ne, et in vobis  
vera.  
Te

## LEGENDI HISTORI. 165

Fervidus, an Matrona potens, an-  
sedula Nutrix.

Atque haec sunt, que de judicio et-  
iam monere voluimus, quod ulti-  
mum proposui nostri membrum.

Ultimam illud, ut & reliqua, ita es-  
set elaboratum, ut haberent Ti-  
rones, quod sequitur possent. Co-  
nati quidem sumus, sed quid pre-  
stiterimus aliorum sit judicium.

Ausim tamen hoc profiteri, si for-  
tuna blandiori vultu me refexis-  
set, scriptiōnem tuam futuram fu-  
isse & luculentiorem, & accura-  
tiorem.

Nunc cum temporum dif-  
ficultiae mirifice distrahar; ec-  
quid mirum, candide Lector, se  
alicubi halluciner? Feci, quod  
potui. Nec defuit voluntas: defuit  
fortuna, quod norunt, qui me no-  
runt. Tu Lector benebole & can-  
de vale; isthec qualia tandem

H 5 cum-

Conclusio  
operis.

166 METH. LEG. HIST.

cumque sunt boni consules aura  
me aequanimitatis tue benignè  
fove.

— Et, si quid novisti re-  
ctius istis,  
Candidus imperi; si non his  
utere mecum.

F I N I S.



D E